

# OKMÁNYTÁR

A PIARISTÁK SZ. LÁSZLÓ KIRÁLYRÓL CZIMZETT

NYITRAI

KOLLEGIUMÁNAK TÖRTÉNETÉHEZ.

1698—1849.

---

I. KÖTET.

---

KÖZLI

HORVÁT SÁNDOR.

---

NYITRA

HUSZÁR ISTVÁN KÖNYVNYOMDÁJA.

1896



24143

## Előszó.

A nyitrai róm. kath főgymnasium 1893/94, 1894/95 és 1895/96. tanévi Értesítőiben már közöltem a piaristák nyitrai kollegiumára vonatkozó okmányokat.

Ezen okmányokat, számszerint 315-öt, most egybegyűjtve, mint a nyitrai kollegium *Okmánytárának* I. kötetét bocsátom közzé.

Az okmányok legnagyobb részét a nyitrai kegyesrendi ház és gymnasium levéltáraiból másoltam; néhány darabot dr. Takáts Sándor k. r. tanár szivességéből nyertem a rend központi levéltárából.

Egyéb helybeli levéltárak átkutatására ezideig nem volt időm, s ha lett volna is, nem férhettem hozzájuk. — Épen ezen okból ezen okmánytár nem is tekinthető teljes- és kimerítőnek.

Az okmányok 1698-tól 1849-ig terjednek, és így intézetünk történetének mintegy háromnegyed részét világítják meg.

A kollegium alapításának kezdetét elég nagyszámu okmány támogatja. Ezután azonban egészen a *Ratio* behozataláig aránylag kevesebb emléket találtam; pedig a piarista rend történetében ezen kor a legérdekesebb, mert ekkor kezd a piaristák tanrendszere önálló fejlődésnek indulni.

Hogy ezen korból aránylag kevesebb történeti emlék maradt fenn, annak oka az lehet, mert kollegiumunk a mult században többször teljesen leégett, lakói pedig részint a háborús idők miatt, részint azért, mert a kollegium katonai kórházzá alakítottatott át, kéntelenek voltak mindenestül a legrövidebb idő alatt kitelepülni, miközben sok történeti emlék kallódhatott el, mint ezt a 271. számu okmány elég világosan mondja. Az 1809. évi kiköltöztetés

alkalmával veszhették el a kollegiumnak Lipót királytól nyert diplomája is, mert ezentul semmi nyomát sem találjuk.

Segített pusztítani a hosszú idő, azután meg a tanrendszernek több ízben való gyökeres átalakítása, mely a történeti fejlődést semmibe se vette. Ezen erőszakos reformok, melyek kérlelhetlen következetességgel hajtottak keresztül, kelthették nálunk is azon gondolatot, hogy a megelőzőtt korok történeti emlékeit haszontalan és felesleges loznak tekintsék és így pusztulni hagyják.

Csakis így magyarázható meg a XVIII. század emlékeinek sivársága.

Viszont, mivel intézetünknek főleg tauügyi történetét tartottam szemem előtt, szándékosan kihagytam az *Okmánytár*-ból mindazt, ami azzal összefüggésben nem áll. Így a kollegium birtokviszonyai és pereire vonatkozó okiratokat, melyek igen nagy számban maradtak reánk, az *Okmánytár*-ba nem vettem fel. Az alapító leveleket azonban kivétel nélkül részint teljes szövegben, részint főbb pontjaik szerint felvettem. A kormányiszékek és tauügyi hatóságok rendeleteiből csak azokat közöltem, melyek intézetünk történetére közvetlenül befolytak.

Kelt Nyitrán, 1896. július hó 1-én.

Horvát Sándor.

1.

**1698. nov. 18. Az esztergomi káptalan a Nyitra-Alsó-városban levő házát ideiglenes lakóhelyül és iskolául átengedi a piaristáknak.**

Nos Capitulum Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis. Damus pro memoria. Quod nos habito singulari respectu Sacrae Religionis Patrum Piarum Scholarum ad instantiam specialem Admodum Reverendi Patris *Francisci a Sancto Venceslao* et Patris *Emerici ab Assumptione B. M. V.* nomine Collegij Prividiensis coram nobis factam, eisdem Domum Nostram in inferiori Civitate Nitriensi existentem pro hospicio ad tempus (usque dum per Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Neofundatorem Episcopum Nitriensem accomodanda et designanda alia habitatio ipsis affulserit) cum obligatione restitutionis ad habitandum concesserimus. Ita tamen, ut super praedicta cautela restitutionis, nobis sub sigillo Collegij supra nominati quanto citius recognitio extractetur ac transmittatur. Datum ex Consistorio nostro Capitulari 18. mensis Novembris Anno 1698. L. S. Capitulum Strigoniense.

Másolat. Historiarum Domus Nitriensis Lib. I. p. 4.

2

**1698. decz. 6 Nyitra város tanácsa felhívja a piaristákat, hogy telepedjenek meg Nyitrán, illetőleg, hogy az ideiglenesen ittlevők állandóan maradjanak nálók.**

Admodum Reverende Pater in Christo, Pater observandissime.

Salutem et officiorum nostrorum paratissimam Commendationem. Quando quidem Pietas attestante Divo Paulo Doctore Gentium ad omnia utilis est, promissionem habens vitae, quae nunc est et futurae. Cum itaque praementionatae Pietatis, vere Paternitas Vestra Admodum Reverenda, ita una cum sibi adhaerentibus Reverendis Patribus sit apertor et Promotor, officiose Eandem rogandam duximus, dignetur Civitati Nostrae idipsum opus Pietatis praestare, quatenus apud nos, et in Civitate Nostra suos Reverendos Patres et Magistros residere, manere et inhabitare sinat et permittat, seu permitti faciat per illos Superiores, ad quos hoc Negotium immediate spectat, et hos, qui pro tempore sunt Reverendos Patres; *Franciscum a Sancto Venceslao* et *Emericum ab Assumptione B. M. V.*, vel alios manere apud nos pro nunc, et in futurum gratiose permittere, et permitti facere oramus. Siquidem jam, et venerabile Capitulum Strigoniense Sacrae Religioni Domum

suam in Civitate Nostra optimo loco et in Meditullio situatam pro mansionem et Residentiam scripto tenus obtulerit, quam actu praedicti Reverendi Patres inhabitant. Speramus siquidem per Sacram Religionem Reverendorum Patrum Scholarum Piarum, tam in nobis ipsis, etiam in filijs Nostris Deo favente, dicta Pietas, cum Literarum Studijs sua acceptura est optima incrementa, non vane ominamur, imo firmissime speramus, nos vicissim, ut tantae gratiae Sanctae Religionis, gratos nos exhibeamus pro nostra possibilitate, et moderna tenuitate in rebus necessarijs unanimiter juvabimus. Insuper appromittimus, quod Illustrissimum et Reverendissimum Dominum modernum nostrum Episcopum et Regni Hungariae Cancellarium demisse rogabimus, ut Reverendis Patribus vestris foundationem praestare benignissime dignetur, ad quam citius effectuandam, requiremus etiam alios nostros et nobis addictos Patronos et Vicinos, qui una nobiscum apud praementionatum Dominum Illustrissimum dictam foundationem promoveant, et adurgeant. His dum felicissime Paternitatem Vestram Admodum Reverendam cum suo sacro collegio valere cupientes, gratiosum responsum praestolamur. Datum Nitriae in Libera Episcopali Civitate Nostra die 6 Decembris Anni 1698. Ejusdem Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae servi obligatissimi Juxta et Jurati assessores Civitatis Nitriensis m. p.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 3.

A level Mösch Lukács privigyei házfönökhöz van intézve, a ki a rendtársakat Nyitrára küldötte s a ki nem régen mondott le az alkormányzói tisztségről.

3.

1698. decz. 9. Mösch Lukács privigyei rector és volt alkormányzó jelenti a rend generalisának, hogy a vármegye, káptalan és város a piaristáknak Nyitrán leendő megtelepedését óhajtja és fejtegeti az új telepítés előnyeit.

*Benedicite Pater Generalis!*

Miseram nuper sub medium octobrem ex suasu Dominorum Benefactorum et Religiosorum nostrorum Patrem *Franciscum a S. Vincencio*<sup>1)</sup> et Patrem *Emericum ab Assumptione B. V. M.*<sup>2)</sup> Nitriam pro Eleemosyna vini, quod anno praesenti copiosissime in Regno crevit. Sicut autem homo proponit, Deus disponit, ita placuit Divinae Majestati, ut praefati Patres non modo bonam Eleemosynam vini pro Privi-

<sup>1)</sup> Hanóczy Ferencz. <sup>2)</sup> Horváth Imre.

dia, verum etiam promissionem erigendae ibidem foundationis pro nobis acceperint, cujus spe hactenus jam pridem nutriebamur. Quia vero memorata Civitas a prolixo tempore serio magnoque desiderio Instituti nostri recipiendi fertur, et id ipsum sincere, constanterque promovet Venerabile Capitulum ibidem Cathedrale, imo ipse quoque inclytus Comitatus Nitriensis percipit, commendat et sollicitat; ideo eo temporis, quo Deo sic ordinante, celebrabatur ibidem Congregatio Generalis, Magnatum et Nobilitatis, iteratis et impensissimis Commendationibus fuit Illustrissimo et Reverendissimo Domino *Ladislao Mattyasovszky* Episcopo Nitriensi Locique et Comitatus ejusdem supremo ac perpetuo Comiti, Regni Hungariae Cancellario Aulico Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis Consiliario, Instituti nostri utilitas, a Venerabili Capitulo, et Illustribus alijs Personis unauimiter praesentata, et adeo quidem efficaciter commendata, cooperante Inclyto Comitatu, quod, uti non solum a praedictis Patribus, sed etiam Nobilibus Personis audio, tam memoratus Illustrissimus Dominus Praesul se benigne resolverit, quam Magnates, ac Nobiles seipsos, et nos animaverint, et jam actu pro eo loco Eleemosynas quaspian in aere, vino, et tritico dederint et assignaverint, imo futuris temporibus copiosiores in nostrorum sustentationem promiserint, adeo, ut ex solis Eleemosynis imposterum plures Religiosi nostri commodae, honestaeque sustentationis spem habere possint. Accessit mox instantia Venerabilis Capituli Cathedralis Nitriensis, ipsius Civitatis, et crebrae Nobilitatis, ut nostri Nitriae pedem figant, interimque se ex Eleemosynis sustentent, quas etiam obtulerant, et ampliores in posterum promiserant. Accessit quoque propensissima gratia et gratulatio Venerabilis Capituli Metropolitanis Strigoniensis, quod nobis mox ad interim (uti paria hic adjecta exponunt) suam Residentiam amplam ad forum Nitriae, cum omnibus pertinentijs cessit, et datis ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino *Stephano Dolny* Episcopo, Quinque-ecclesiensi Praeposito Majore, ad dicti Capituli Provisorem Nitriensem literis, dictam Residentiam cedi, nostrorumque Introductionem fieri mandavit. Ipse vero Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Comes *Paulus Balassa* de Gyarmath episcopus Rosonensis et Vicarius Generalis Strigoniensis, qui hactenus nostri Introductionem Nitriensem sincerissime promovere studuit studetque, et quia sperabatur futurus episcopus Nitriensis, promisit, data datis ad me literis impense gratulatus fuit, quam etiam aliarum suarum facundissimarum, ut solet, litterarum (quas hic adjicio) paria, ad praetitulatum Illustrissimum Dominum Cancellarium, mihi communicavit. Institit quoque Civitas, datis ad me literis, quarum transumpta pariter communico, ut Patres nostri Nitriae relinquuntur, vel alij eo ad Culturam Civitatis

et Nobilitatis adolescentium, destinentur. Quod negotium, cum omnem meam auctoritatem excedat, occasio vero non sit intermittenda, quamvis de ipsius expectatae foundationis initijs, jam ante statim informassem Patrem Vice-Provincialem, ipseque mihi rescripsisset, se profecturum Viennam, et ex praementionato Illustrissimo et Reverendissimo Cancellario intellecturum; quae sua sit intentio. Adhibito consilio Patrum, judicavi, usque ad ulteriorem Paternitatis Vestrae, et Patris Vice-Provincialis declarationem, interim Patres praedictos Nitriae relinquendos, locum occupandum, et Eleemosynas etiam eas, quae spectarent Prividiam, ibi relinquendas, maxime ex sequentibus rationibus. Quod non sit responsa gratia Venerabilium Capitulorum Metropolitanis Strigoniensis et Cathedralis Nitriensis, Civitatis quoque, et Nobilitatis, imo totius Comitatus Inclyti. Quod sit Residentia Episcopalis et Canonicorum nobis singularissime faventium, et Caput celeberrimi Comitatus Nitriensis, qui facile Princeps est in toto Regno, tam quoad suam amplitudinem, et opes, quam quoad frequentiam et praecellentiam Magnatum, et Nobilium. Sit proinde locus conspicuus, et a Congregationibus Generalibus Magnatum, et Nobilium celebris; indeque facile in meliorem Regni notitiam Institutum Nostrum pervenire valeat. Sit etiam fortalitium, et nunc habeat supra 30 annos praesidium Caesareum, adeoque in periculis pro refugio possit servire. Sit pariter lectissima, praesertim in Nobili Juventute hungara frequens, eoque sine dubio propter hungarismum, qui ibi viget, creberrima Juventus ex Partibus Slavonicis sit conflutura; cum procul inde absint aliae Scholae. Prividia inde vero distet 7 milliariibus Germanicis, et Sanctus-Georgius circiter decem (sunt quoque septem). Item quod intemerata fides catholica ibidem floreat, ob cujus amorem, quod tantae Hungarorum Dominae et Matris titulo gloriemur, nos tenero amore prosequi videamur. Tum quia est locus valde fertilis, tritici, vitis, fructuum, boum, ovium, volatilium, et quibus in primis indigemus, piscium, adeoque omnia facili pretio comparari possunt, et libenter servis Dei, et Deiparae donantur. Pariter quia melius est prudenter praevenire, quam postea praeveniri, cum ibi nulli sint alij Religiosi, quam soli PP. Franciscani soccollantes, et exterius in Monte PP. Camaldulenses. Item quia est frequentissima et potens circum circa Nobilitas, et habemus Venerabile Capitulum Cathedrale, ac Civitatem, cum toto Inclyto Comitatu nobis addictum. Deinde, quia ibi scholae sunt Nitriae triviales, nos a multis annis eo desideratur et desideramus ibique Institutum nostrum insigaiter exerceri, et ut spero per delectum et accessum ingeniorum subjectorum ad Dei Gloriam propagari possunt. Postea, si hanc occasionem sumus neglecturi, forte alia non affulgebit, aut non aderit tam opportuna, nec Nitt-



riam unquam intraremus, uti Personae Nobiles vaticinantur, qui nobis maximopere cum Venerabili Capitulo Cathedrali suadent. ut nimirum locum retineamus, et quod tenemus, manu non mittamus. Tandem quia gratiam habemus apud Venerabile Capitulum, Nobiles, ac Cives, qui nostro ingressu praesenti Nitriam laetantur, et unanimiter opem operamque pollicentur, quemadmodum illi duo Patres Nostri, qui ibi sunt, in vino, tritico, aliisque aliquam jam habent provisionem et quotidie accipiunt plura. Inde vero, quid factururus sit toties dictus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Episcopus, quem putamus Neofundatorem futurum, tempus docebit et Pater Vice-Provincialis, per quem Nogotium istud continuandum est, Paternitatem Vestram imposterum informabit, cui quoque paria, et alia ut supra, beneficio praesentis postae transmittito et informationem transcribo. Prividiae 9. decembris Anno 1698. Lucas a Sancto Edmundo Rector. Humillimus in Christo filius m. p.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 1.—2.

4.

**1698. decz. 15. Mattyasovszky László nyitrai püspök értesíti Bojár Endre piarista alkormányzót, hogy a nyitrai kollegium alapítására vonatkozó kérelmének ez idő szerint nem tehet eleget.**

Admodum Reverende in Christo Pater mihi semper observandissime! Salutem, et servitorum meorum Commendationem.

Ex literis ad me Paternitatis Vestrae 10. currentis datis ex S. Georgio, intelligo desiderium Ejusdem quoad introducendum suum sacrum Ordinem ad oppidum meum Episcopale Nitriense, ac etiam me exhibendum eatenus Fundatorem. Cum autem huic desiderio, effectui mancipandó signanter quoad secundum punctum, his vel maxime aperti Belli temporibus, ubi tantae Contributiones ab universis Regni Statibus exiguntur, non modo summam difficultatem, imo plane impossibilitatem experiar, ob hoc peto mihi ignosci, quod hanc Provinciam, in me assumere non possim. Quod ad primum Desiderij punctum effectuum attinet, si sacer Ordo ibidem subsistendi stabilia media ostenderit, habita praevie eatenus cum meo Capitulo, conferentia, in id incumbam, quatenus effectuetur, alias, si his caruerit, sed ex Eleemosynis duntaxat, subsistentiam suam, quaerere intenderit, Reverendi Patres Franciscani, obicem, certo certius facturi sunt, muniti eatenus magnis Pri-

vilegijs Summorum Pontificum. Et haec erant, quae responsi loco Paternitati Vestrae, innuere volui, manendo Ejusdem Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae servus paratissimus *Jadislavus Matyasovszky* Episcopus Nitriensis. Viennae 15 Decembris Anno 1698.

Kivül. Admodum Reverendo in Christo Patri *Andreae a Conversione Sancti Pauli*, Scholarum Piarum per Hungariam Vice-Provinctialis ac Domus Sancto-Georgiensis Rectori. Patri in Christo observandissimo. Ponium ad S. Georgium.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 6.

5.

1699. jan. 10. **A piarista rend generalisa felhatalmazza Bojár Endre magyar alkormányzót, hogy a piaristák esztergomi és nyitrai telepítése iránt az alapítókkal jogérvényes szerződéseket köthessen.**

Joannes Franciscus a Sancto Petro Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Praepositus Generalis.

Praesenti nostro chirographo ad formam publici Instrumenti valituro, declaramus et instituimus et consilio et assensu PP. Assistantium Generalium Patrem *Andream a Conversione Sancti Pauli* Vice-Provinctialem Religionis Nostrae per Hungariam in Procuratorem et Actorem, etiam cum facultate delegandi ad tractandum, concludendum et stipulandum per se, vel per alium bene sibi visum, fundationem Instituti Nostri per modum Hospitij in inelyta Civitate Strigoniensi, et praesertim in Nitria Civitate ejus inferiori, in ordine ad perfectam fundationem per modum formati Conventus seu Collegij, similiter concludendam, vigore praesentis chirographi. Quae omnia fiant servatis servandis, et cum debitis licentijs, et facultatibus et conditionibus in forma etc. In quorum fidem, Datum Romae die 10 Januarii 1699 Bernardus a Matre Dei Assistens et Coadjutor Generalis. Antonius a Sancto Joseph Assistens et Secretarius Generalis L. S. Regest Fol. 92.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 9.

---

6.

1699. febr. 15. Bakoss Máté, Nyitra város birája megküldi Bojár Endre alkormányzónak a város levelét, melyben ez a piarista collegium részére telket ajánl fel.

Admodum Reverende Pater in Christo, Pater mihi colendissime!

Salutem et obligatissimorum meorum servitiorum promptitudinem. Qualinam affectu feratur haec civitas Nitriensis erga Religionem Paternitatum Vestrarum, quantoque zelo anhelat Fundationem Ejusdem Religionis in fundo suo creandam, ex Literis Ejusdem Civitatis Paternitati Vestrae scriptis praesentibusque annexive transmissis, intellectura est Paternitas Vestra Admodum Reverenda. Quod autem citius ad Postulatum hic existentium duorum Patrum Eadem Civitatis Literae ad Paternitatem Vestram expeditae non sint, continuae in Civitatis Negotijs, tam mei, quam reliquorum Dominorum Juratorum Civium Distractiones, et occupationes causarunt; quo in passu etiam veniam a Paternitate Vestra praestolabor. In reliquo vero Eadem Paternitatem Vestram Divinae Protectioni, et Providentiae commendo. Nitriae Die 15 Februarii 1699. Servus obligatissimus Mathaeus Bakoss Judex Civitatis Nitriensis Ejusdem Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae.

Kivül. Admodum Reverendo Patri in Christo Andreae a Conversione Sancti Pauli Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum per Hungariam Vice-Provinciali, Patri mihi colendissimo. Sz. György.

Admodum Reverende in Christo Pater Nobis observandissime!

Salutem et servitiorum Nostrorum Commendationem. Quod Religio Vestrarum Paternitatum in hac Nostra inferiori Civitate Nitriensi, etiam fundari velit, eoque ex respectu, jam etiam duo Patres deputati hic resideant, Admodum Reverendae Paternitati Vestrae apprime constare non dubitamus. Et siquidem Eadem Paternitatum Vestrarum fundatio sit ponenda propter ministerium in Verbo Dei praedicando impendendum, in erudienda quoque et literis imbuenda Juventute, et Adolescentiae magnae utilitati, et commodo cedat; ideo Nos, in quantum nostrarum partium est, non modo annuimus, et concedimus, ut in fundo hujus Civitatis Nostrae eadem Paternitatum Vestrarum fundatio fieri possit, verum etiam, ut quo citius eadem institui, et debitum effectum sortiri queat, affectanter desideramus, dummodo ab Illustris-

simo et Reverendissimo Domino Episcopo, etiam hujus loci, qua Domino Terrestri ad id indultum, et consensum Paternitates Vestrae obtinere possint; quod dum Eidem Paternitati Vestrae notificamus, simul etiam Eandem Paternitatem Vestram ad vota sua salvam et incolumem diutissime valere, sacramque Religionem ampliari et florere comprecamur manentes Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae ad servendum paratissimi. Judex et Jurati praefatae Civitatis Nitriensis. Datum in attacta Civitate Nitriensi. Die 14 Februarii 1699.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 13.

7.

1699. márcz. 8. Lehoczky Márton kapitány Nyitra-Alsóvárosban, a sz. Mihály-utczában levő háztelkét minden hozzátartozóival együtt örök jagon a piaristáknak adományozza.

Nos Capitulum Ecclesiae Nitriensis. Damus pro Memoria. Quod Egregius *Martinus Lehoczky* coram Nobis personaliter constitutus, oneribus et quibuslibet gravaminibus universorum haeredum, Successorum, Amicorum, Consanguineorum et Proximorum suorum, ac aliorum etiam quorumlibet, quos videlicet infrascriptum tangeret et concerneret, seu tangere et concernere posset negotium quomodolibet, de praesenti, vel in futurum per omnia super seipsum assumptis, atque levatis, matura etiam et exacta animi sui deliberatione praehabita, sponte, et libere, vivaeque vocis suae ministerio fassus sit, et retulerit hunc in modum.

Quod cum Ipse singulari erga Religionem et Ordinem Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Piarum Scholarum ferretur animi propensione, volendo etiam se Domini et Salvatoris nostri Sacris Evangelij Verbis, quodcumque uni ex minimis feceritis, mihi facietis (item alteri Sacrae Paginae Textui) bona est oratio cum jeunio, et Eleemosyna devote accomodare, per hocque, animae suae, et Aeternae Saluti, dum adhuc in humanis ageret, opportune prospicere.

Ob id Fundum illum suum in inferiori hac civitate Nitriensi, Comitatuque nominis ejusdem existentem et habitum, qui in Platea Sancti Michaelis Archangeli, inter Domos civiles, a parte quidem Superiori Egregij olim Andreae Bozoky, ab inferiori vero Circumspecti Gregorij Kozma contigua vicinitate adjaceret, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentijs ac emolumentis quibuslibet, quovis nominis vocabulo censendis, ad eundem Fundum, de jure, et ab antiquo spectantibus, et pertinere debentibus; antelato Ordini Clericorum Regu-

larium Pauperum Matris Dei Piarum Scholarum, in perpetuam Eleemosynam dedisset, donasset, et in aevum contulisset: Prout dedit, donavit, et in aevum contulit coram Nobis; ea nihilominus per expressum declarata sub conditione et onere: Ut nimirum idem Ordo, seu Religio Piarum Scholarum, singulis diebus Sabbathinis, unum Missae Sacrificium de Beata Virgine Maria, ad intentionem dicti Fatentis Martini Lehoczky celebrare et dicere debeat, et teneatur; Casu vero, quo eundem Fundum idem Ordo Piarum Scholarum cuiquam venderet, aut vero concambiare, in tali quoque casu, oneri et obligationi hebdomatim dicendae praescriptae Sacrae Missae obnoxiiabitur idem Ordo et religio. Unde nos super hujusmodi Fessione et collatione antelati Martini Lehoczky, in perpetuam Eleemosynam facta, praesentes Literas nostras, sub sigillo nostro Capitulari usitato et Authentico, Fessionales Testimoniales, praeattacto Ordini, seu Religioni extradandas esse duximus et concedendas. Datum Dominica quarta Quadragesimae, Anno Domini Millesimo, sexcentesimo, Nonagesimo, Nono.

L. S.

Lecta.

Eredeti. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.

8.

1699. márcz. 25. **Bottyán János** ezredes alapítványt tesz a nyitrai kollegium részére.

Ego infrascriptus significo universis, quibus expedit, quod ego non alio quopiam compulsorio motivo, et neque necessitatis gratia, verum ex instinctu Spiritus Sancti et motivo, ut videlicet post fata, etiam mea, si non alibi in Divinis Sacrificijs commemoratio actuum meorum piorum memoraretur, sponte, libere, et voluntarie compromiserim Patribus et Fratribus in Colonia in Libera Civitate Episcopali Nitriensi existentibus Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Mille Imperiales pro sustentatione Eorundem, et a Dato praesentium singulis annis, donec Capitale deposuero, interesse praescitae Summae, florenorum Nonaginta solvere me obligo, et haec quidem in Cultum Beatissimae Deiparae Virginis, et eum in finem, ut quotidie, ad intentionem meam, in honorem ejusdem Beatissimae Virginis Sacrificium Missae, etiam si ubi existam, celebretur, reciproce his expertis, si Deus me in eo statu, et valetudine, vel meliori conservaverit, ulterius etiam manus meas expandere paratus ero, ex acceptandis a Deo beneficijs, iu sustentationem, et promotionem Cultus

divini, et servitiorum Regni, et eosdem Patres promovendi. Quare has meas literas obligatorias ipsorum Dominationibus dandas esse duxi. Actum Strigonij ipso Die Beatissimæ Annuntiationis, id est 25 Martij Anno 1699. Joannes Bottyán Colonellus m. p. L. S.

Másolat. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.

Ezen alapítvány a 17. sz. a. foglalt okirat szerint 1701 jun. hó 16-án 3000 forintra emeltetett.

9.

1700. nov. 20. A piarista rend főnökei, a nyitrai püspöktől felhiva, írásba foglalják a nyitrai alapítás feltételeit.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Domine gratiosissime!

Erga hodiernum Illustrissimæ Dominationis Vestræ gratiosissimum discursum, occasione Coloniae Nostræ Nitriensis, consideratis considerandis, nobiscum habitum, simulque gratioso intento Ejusdem Illustrissimæ Dominationis Vestræ perpenso, quatenus, quantum pro praeattacta Colonia erigenda et sustentanda nostrum quodpiam per modum projecti postulatum, exponeremus, hisce paucis Illustrissimæ Dominationis Vestræ id ipsum praestandum censuimus.

Quamvis pro successive erigenda Fabrica, et Personis Religiosis 12 sustentandis, pro una Persona annuatim floreni Centum Rhenenses, inclusive cum necessario supellectile Domus et Ecclesiae, computando, oporteret 30 millia florenorum rhenensium pro summa capitali habere: nihilominus tam gratioso Illustrissimæ Dominationis Vestræ intento, coram uberius exposito, expenso, quam alijs huc spectantibus circumstantiis mature consideratis, 24 millia pro religiosa submissione censuimus in praeattactum finem petenda proponere, nequaquam intendentes, per ejusmodi submissum nostrum postulatum, gratiosae voluntati et munificentiae Illustrissimæ Dominationis Vestræ terminos praescribere; verum omnia benignissimæ suæ Dispositioni subiicere.

Porro, illa 24 millia, possent penes Illustrissimam Dominationem Vestram ad dies Vitae manere, praemissa duntaxat sufficienti assecuratione, et eorundum 24 millium in Bonis suis immobilibus consueta inscriptione. Igitur interesse, aut integre, aut ex parte, pro arbitrio Illustrissimæ Dominationis Vestræ pendendum esset, ex quo et personæ necessariae sustentari, et sensim fabrica assurgere posset, quatenus Illustrissima Dominatio Vestra, Vita sua adhuc durante (quam D. O. M. prolongare dignetur) suam consolationem quiret habere.

Humillime quoque ex parte nostra Illustrissimæ Dominationi Vestrae insinuare vellemus, quatenus gratiose nobis innuere dignaretur, qualemnam respective a Religione Nostra obligationem habere intendere, quam etiam in Domicilio præsentis habitationis nostræ, ab exordio Munificentia Illustrissimæ Ejusdem Dominationis Vestrae possemus inchoare, siquidem sensim fabrica aedificanda esset, et quatuor, vel quinque ad summum Nostrum ad interim habitare pro exigentia scholarum aperiendarum, deberent.

Haec pro præsentis angustia temporis humillime Illustrissimæ Dominationi Vestrae innuenda duximus, gratiosam præstolaturi resolutionem, quam si ob arduos nostros Provinciae labores ad finem cum Illustrissima Dominatione Vestra pertractare nequiremus, Patre Nostro Vice-Provinctiali Hungariae pertractandam, servatis de Jure et Consuetudine servandis, commissuri sumus, inde ad Generale subsellium Nostrum pro roboratione dirigendam. In reliquo nos gratiosissimæ Illustrissimæ Dominationis Vestrae erga Religionem Nostram propensionem et benevolentia commendantes permanemus. Sub Dato 20 Novembris 1700. Ejusdem Illustrissimæ Dominationis Vestrae. Humillimi in Xto Servi et Capellani Placidus a S. Bernardo per Germaniam et Hungariam Praepositus Provincialis m. p. Andreas a Conversione Sancti Pauli per Hungariam Vice-Provinctialis m. p.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 15.

10.

1700. decz. 4. Fexer Placid rendfőnök arról értesiti Bojár Endre alkormányzót, hogy Mattyasovszky László nyitrai püspök a piaristáknak székvárosába való megtelepítését véglegesen elhatározta.

Saluto Reverentiam Vestram jam Prividiae investitam, et jubeo eam in illo confirmate salubri quam optime Spe valere. Et ut respondeam ad datas a Reverentia Vestra 28 ad S. Georgium: significo, quod caput rei est, me nudius tertius adivisse Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Cancellarium Hungariae, sed non reperisse Domi: accessi Eundem iterum heri, et ecce bona Nuntia: resolvit se omnino ad nos fundandi Nitriae (ita tamen ut res non propaletur) et vult stare nostris punctis ei scripto consignatis. Unde Reverentia Vestra evocabitur ad festa Nitriam, ad Ipsum Illustrissimum. Dixi enim Ei, quod Reverentia Vestra Vices mei agat in hac causa. Addidit etiam,

quod si Reverentia Vestra Eum accessisset, ante abitum deposuisset statim 1000 Imperiales ad inchoandam fabricam. Plura resciret viva voce Reverentia Vestra ab Illustrissimo. Foveant hunc optimum Fundatorem, et orent pro longaeva sospitate Illius. Et inter preces pariter, et ego recommendatus maneo Reverentiae Vestrae Humillimus servus *Placidus a Sancto Bernardo* Provincialis m. p.

Kivül. Patri *Andreae a Conversione Sancti Pauli* Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Vice-Provinctiali. P. C. Viennae 4. Decembris 1700.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 16.

11.

1700. decz. 6. Rendfönöki hivatalos látogatás, és ezen alkalomból hozott rendeletek.

In Nomine Domini Amen.

Postquam in hanc Domum Coloniae Nostrae Nitriensis, P. Andreas a Conversione S. Pauli per Hungariam Vice-Provinctialis . . . die 4 Decembris pro nocte advenisset, et in crastinum die 5 ejusdem ante refectionem matutinam Patrem Petrum a S. Paulo pro Seniore ad instar Superioris legitimi convocatis ad id convocandis Patribus, declarasset, servatis tandem servandis, et inspectis ac revisis Regestis, aliisque Inventariis Domus, auditis insuper Personis, sequentia ordinavit infallibiliter servanda.

*Primo.* Eleemosynae, Proventas quicunque, seu obventiones quocunque nomine vocitatae, cassa domus cum Regestis quotidianis et generalibus, Liber sacrorum et alia hujusmodi inventaria cum rebus inventatis, debitis et creditis, Patri Seniori, qua deputato Superiori integre assignentur: Pecunia sub duabus clavibus conservetur, victualia et alia huiusmodi ad nutum et dispositionem solius duntaxat P. Senioris dispensentur, quae omnia et singula ab acquirentibus integre et candide eidem tradantur, sub culpa et poena Proprietatis in nostris Canonibus expressa. Porro P. Senior memor mausuetudinis Xti, necessaria non deneget, superflua non tribuat.

*Secundo.* Regesta Domus tum particularia, quam generalia juxta ordinationem priori visitatione A. 1699 24 Augusti, ordinentur, et singulis mensibus continuetur computus et subtractio expensarum a



summa introitus, ut appareat, quid et quantum in cassa pro futuro mense remaneat, subscribaturque singulis mensibus a P. Superiore cum altero Sacerdote, et folia numeris distinguantur.

*Tertio.* Liber sacrorum ita ordinetur, ut aliquot folia relinquuntur pro obligationibus respectu perceptae Eleemosynae, et quibus satisficit, adiciatur nota: Satisfectum, neminique admittatur praeter unum sacrum intra mensem ad suam intentionem, plura sacra sub poenis contumaciae nostrorum Canonum.

*Quarto.* Scholae inchoatae continuentur omni, qua possunt vigilantia, nec ultra syntaxim absque formali consensu nostro aut P. Provincialis, in scripto obtento, aperiantur. Primo quoque tempore, cum Majoribus Officium B. Virginis inchoetur, et cum Minoribus Rosarium. Campanula quoque quantocius pro Scholarum duntaxat signo dando procuretur.

*Quinto.* Studiosi diebus dominicis et festivis ad Parochialem Ecclesiam modeste et ordinatim pro Sacro deducantur, aliis autem diebus domi possunt Sacrum audire. Altare vero (aut ad Scholam) si commode fieri potest, aut ad priorem locum transferatur, et statis diebus more solito studiosi in Parochiali Ecclesia tempore stato, et cum Admodum R. Domino Plebano mutua correspondentia praehabita, assignato, confiteantur et communicent.

Sexto . . . Nec pueri inservientes, neque Juvenes pro docenda schola in eodem conclavi cum nostris dormiant.

Quibus, ut praefertur, ordinatis ad mutuam fraternam Charitatem, animorum unionem et religiosam observantiam admonitis, reservataque sibi facultate, cum illis, ad quos spectat, negotia circa auctionem Coloniae pertractandi, cum eodem P. Secretario discessit Prividiam. Actum Nitriae Anno 1700 die 6. Xbris.

Andreas a Conversione S. Pauli per Hungariam Praepositus V. P. m. p. Ignatius a. S. Joseph. Secretarius m. p. L. S.

Eredeti. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.

12.

1701. jan. 1 B o j á r E n d r e alkormányzó emlékirata Mattyasovszky László nyitrai püspökhöz a nyitrai telepítés ügyében.

Illustrissime, ac Reverendissime Domine, Domine Gratosissime!

Principijs invigilandum esse, nemo non dubitavit, siquis bene aedificare, aut incipere desiderat: cum igitur Pauperrima Religio Nostra

ad Maiorem Dei Gloriam, Salutem et utilitatem Proximorum, Juventutisque in honestis literis, et bonis moribus eruditionem, in hacce Episcopali Civitate Nittricensi quaequam, quamvis rudia fundamenta Instituti sui ex gratiosissima Illustrissimae Dominationis Vestrae annuentia iacere contendat, ultraque pro viribus promovere satagat; ne cum insipiente super arena nostra inchoemus fundamenta, humillime Illustrissimae Dominationi Vestrae supplicamus, quatenus sequentia submississime exposita, gratiose dignaretur pensitare, et pro acqutate causae Juris ac Personarum, quod salubreque in Domino visum fuerit, ad unicuique quod suum est dandum, vel in integro conservandum benigne decernere, decreta authentico instrumento inseri mandare, ut mox ab ipsis incunabilis, quorum interest, aut interesse posset, sciant terminos suae activitatis retinere, et inter illos sese continere. Hinc pro

*Primo.* Quamvis Instituti Nostri esset ab ipsis Elementis in honestis literis, et bonis moribus, ut praemisum est, necnon Pietate et Virtutibus Juventutem instruere, quemadmodum laudabiliter sane et utiliter ubique per Nostros practitari experientia constaret: nihilominus siquidem nemini jus quodpiam attribuendum esset in praejudicium Tertii, et suapte Scholastici Disciplinae Nostrae subjecti, a Parochialibus functionibus, quibus Scholares Ludimagistrorum Parochiarum solent interesse, excepti essent; liberum quoque esset jus unicuique Proles suas huc aut illuc ad Scholas mittendi, accederet quod et praerogativa hujus loci Ludimagistri ad praestanda obsequia Admodum Reverendo Domino praesenti, et ejus successoribus, Parocho necessaria conservanda; et libertas tam hujusce Civitatis Incolarum, quam externorum quorumvis Proles suas ad Scholas mittentium in integro mantinenda esset; quare hoc in passu attemperandum medium enixe exposcimus, ut et praelibatae praerogativae Ludi-Magistri, et libertati Parentum Proles suas ad Scholas mittentium consuleretur, signanter externorum, quibus nulla ratione haec aut illae Scholae praescribi possunt.

*Secundo.* Notum est in aliena Domo haecenus nos delitescere, nobis gratiose ad tempus duntaxat pro Hospitio concessa, in qua nullum competentem locum pro Divinis rite exercendis habemus, quamvis de gratiosissima Illustrissimae Dominationis Vestrae annuentia privatim Sacrificia missae pro necessitate nostra valeamus persolvere: nihilominus cum major honor dierum festorum et Dominicarum, quam profestorum habendus sit, et Praeceptum Ecclesiae de audiendo Sacro supponat non privatas ejusmodi, pro sola duntaxat necessitate ex indulto concessas Capellas, verum approbatas Ecclesias; qua de causa enixe quoque exposcimus, quatenus (donec Deo Auxiliante Patronisque gratiosissimis cooperantibus, vostram quamquam Capellam consueto ritu

Ecclesiae canonico erigere valeamus) dignaretur gratiose indulgere, ut studiosi nostri in Parochialem Ecclesiam pro audiendo sacro per nostros Patres ibidem celebrando, diebus, ut praemissum est, festivis et Dominicis statis horis deduci possint, ac valeant, ibidemque sub sacro consuetos cantus latino idiomate decantare.

*Tertio.* Cum ordo in omni statu sit anima rerum, absque quo omnis confusio suapte natura irrepit, hic autem dependet a distributione et coordinatione temporis signo quopiam externo manifestanda, et in hospitio nostro neque horologium hactenus habeamus, neque aliquod tintinnabulum. quo pro Scholasticis signum dari possit, hinc ad evitandam confusionem submississime pro gratioso indultu supplicamur, quatenus hora septima matutina, et hora prima pomeridiana praeattacta signa campanula in Parochiali Ecclesia existente, qua feriatis diebus signum pro sacris datur, pro Scholis dari dignaretur indulgere, donec nobis de aliquo aere ex gratiosissima Annuentia Illustrissimae Dominationis Vestrae appendendo prospicere valeamus.

*Quarto.* Notum apprime et illud palam esset, Regulares Ordines Processionibus Clero et Parochis consuetis Cruce praeferente interesse obligatos existere, a quibus nos per Bullas Summorum Pontificum, utpote Urbani VIII. et Clementis itidem VIII. excipimur; quibus in Privilegijs firmissime ratum habemus Illustrissimam Dominationem Vestram nos ex integro conservaturam; nihilominus non obstantibus eiusmodi Summorum Pontificum Religioni nostrae clementissime indultis, et praerogativis, Scholasticos Nostros pro processionibus Corporis Xti, Sancti Marci et dierum Rogationum ubicunque locorum solemus aggregare, quod et hic omni nostro conatu facturi sumus. Imo quatenus mox ab ipsis fundamentis quamvis rudibus Illustrissima Dominatio Vestra et Venerabile Capitulum quale tale solatium habere quirent, aliquot iuvenes idoneos, qui exigente necessitate Solemnium Sacrorum pro Acolythis et Thuriferario inservire valerent, ad requisitionem Venerabilis Capituli mittendos nostrae curae erit erudire, dummodo ad id necessaria Venerabile Capitulum prospiciat et rarius diebus et horis exercitiorum Scholasticorum accadat, frequentiores etenim ejusmodi occasiones magnum dispendium in literali studio causarent.

*Quinto.* Illud quoque firmissime speramus, cum jam ex gratiosissimo indultu Illustrissimae Dominationis Vestrae liberum et licitum nobis sit, pro nostra commoditate Sacrificia Missae domi persolvere, consequens ad eiusmodi divina subinde occurrens, nobis admittendum, nimirum accedentes poenitentes Sacramentaliter exaudire, et absolvere, illisque sub attacktis divinis sacram Synaxim administrare: Menstrua

Confessione et Communionem Studiosorum erga Punctum secundum intelligentes. Ac tandem pro

*Ultimo.* Futura pro exigentia temporis et necessitatis reservantes Nobis facultatem Illustrissimae Dominationi Vestrae supplicandi pro reliquis quoque devotionibus olim in Ecclesia nostra Dei Auxilio et Munificentia Patronorum erigenda quoad Catechesim, Conciones, aliasque ejusmodi Ecclesiasticas functiones rite, et Canonice obeundas, ordinandis: praevio modo humillime Dominationi Vestrae pro bona praesentium rerum coordinatione expositis super iisdem gratiosissimam praestolaturi resolutionem authentico Instrumento mutuo de Assensu pariter et consensu mandandam. Nos in reliquo gratiae et benevolentiae submississime recommendantes permanemus Eiusdem Illustrissimae Dominationis Vestrae Humillimi in Xto Clientes et Capellani Scholarum Piarum Vice-Provinciae Hungariae.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 17—18.

13.

1701. jan. **Mattyasovszky László** nyitrai püspök a neki benyújtott emlékirat alapján 8 pontba foglalja össze a telepítés feltételeit.

Conditiones sub quibus R. Patres Piarum Scholarum ad Inferiorem Civitatem Nitriensem pro Instruenda Juventute admittuntur.

1. Ut haec Rev. Patrum admissio Episcopatus, et Capituli Nitriensis, prouti et Parocho, Ludi: Magistro, Patribus Franciscanis et Civibus Nitriensibus in nullo praejudicetur.

2. Ut iidem Reverendi Patres Juventutem prout Nitriensem, ita et externam a Parvulis majoribus (et non infra) incipiendo usque ad Rhetoricam inclusive in Lingva Latina, Arithmetica, scriptura, Cantu et Casibus Conscientiae (si necessitas postulaverit) et potissimum in virtutibus et bonis moribus instruere et erudire obligentur.

3. Ex eadem Juventute praevio modo erudienda, seligent Reverendi Patres aliquos idoneos Juvenes, qui solemnioribus festivitibus in Templo Cathedrali, ad requisitionem Venerabilis Capituli vel Custodis ejusdem pro Acolythis, Thuriferario, Naviculario etc. in vestibus clericalibus ac Superpelliceis (per Ecclesiam subministrandis) ac etiam pro facibus portandis adhiberi possint.

4. Ad augendum Cultum Divinum, iidem Reverendi Patres ad Processiones publicas et signanter Sanctissimi Corporis Xti, S. Marci,

Rogationum, et Gloriosissimae in Coelos Assumptae Reginae, Studiosos suos una cum Magistris aggregabunt.

5. Usque dum Reverendi Patres Templum sibi erigere poterunt, concedetur iisdem, ut interea in Templo Parochiali Diebus festivis, et Dominicalibus, hora Decima matutina post consuetum Sacrum Parochi et Concionem, pro studiosis suis Missam in proprijs Eorundem Apparamentis, ac ad Luminaria aequae propria, celebrare possint. Diebus autem ferialibus in Domo Eorundem propria pro Commoditate sua poterunt Sacra peragere, confessiones Studiosorum exaudire, ac sub iisdem divinis sacram synaxim Studiosis, et non alijs (nisi in Templo, et necessitate infirmorum et feminarum pregnantium) administrare.

6. Desideraretur, ut praeter Orationes Consuetas pro fundatore, qualibet Hebdomada, feria sexta, unum Sacrum de Passione Xti Domini cum Collecta de Remissione Peccatorum — Exaudi quaesumus — a Reverendis Patribus celebraretur.

7. His conditionibus adimpletis, pro fundatione Collegij, desiderata viginti quatuor millium florenorum Summa, juxta Spatium duorum Annorum, vel in Paratis, vel in Cessionibus, alijs elocatae pecuniae, vel etiam in Bonis, administrabitur. Ad alia autem praestanda, Fundator nullatenus obligabitur.

8. Si quidem pro erigendis aedificijs, lateribus indigebunt, eosdem a Dominio, pretio, quo alijs venduntur, acceptabunt, et in praeinsinuatae Summae complanationem imputabunt.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 18—19.

14.

1701. jan. Bojár Endre és Tengg Kelemen meghatalmazo: tak válasza Mattyasovszky László nyitrai püspök 8 pontjára.

Humillima Receptio Conditionum, sub quibus Religio nostra Scholarum Piarum ad Civitatem Nitriensem gratiosissime admittenda est, sequenti modo, si Illustrissimae Dominationi Vestrae bene visum fuerit, modificandarum.

1. In primo puncto in Particulari aliquis casus attingendus esset, ob quem admissio nostri RR. PP. Franciscanis videretur praejudiciosa, quatenus sciamus, talem casum praecavere.

2. In Puncto secundo, incipiendo a Parvistis Majoribus, et non infra, usque ad Rhetoricam etc. humillime instamus apponendum; nisi

respectus esset, status ac Conditionis Personarum in quopiam extraordinario casu.

3. Ad Tertium nihil occurrit.

4. Ad quartum, ubi agitur de Processionibus, addendum esset : Salvis Privilegijs Summorum Pontificum Religioni Scholarum Piarum elargitis, Signanter Bulla Urbani VIII, quae incipit : Debitum Pastoralis officij, Kalendis Junij Anno 1629 emanata, qua a Processionibus eximuntur : et constituendus Ordo, servandus in Processionibus. Nimirum, ut primo Pueruli ex Schola Parochiali praecedant, et nostri sequantur.

5. Occasione hujus puncti quinti, cum Deo Auxiliante olim habituri sumus etiam nostram Ecclesiam, humillime supplicamus, quatenus mox ab Incunabulis Illustrissima Dominatio Vestra dignaretur Exercitia olim practicanda, ut sunt Sacrificia Missae Solemnia, Conciones, et tempus denominare.

6. Ex integro humillime acceptatur. Igitur a die fructificationis pientissimae Foundationis obligatio exactissime servabitur. Porro humillime petitur explicandum casum, si Feria 6. occurreret festum solemne v. g. Nativitas Domini, vel aliarum solemnitate, quibus Rubrica non admittit Votiva, quid faciendum ?

7. Septimo et octavo puncto gratiosissimae Dispositioni contentae, inhaerentes, nimirum, quod praeter 24 millia gratiosissime pro fundatione oblata, ad alia nullatenus obligabitur. Favori et Gratiae in Casu Necessitatis nos humillime recommendamus, si quodpiam subsidium necessitaremur supplicare, et occurrentibus Casibus pro conservatione Jurium nostrorum, gratiosam Assistentiam imploramus, et pro

8. Humillime instamus, quoad fundum a Civitate acquirendum, quatenus sua Gratia nobis assistere et cooperari dignaretur, ne cogamur magno pretio Domunculas illas exsolvere, multum etenim de Summa Capitali 24 millium (quam pro possibili vellemus pro annuo censu elocare) pro ejusmodi fundis exsolvendis et pro aedificio fabricae decresceret.

De caetero omnia et singula puncta, gratanter acceptantes, pro Illustrissima Dominatione Vestra perpetuum Deum exoraturj, et respective Obligationem Religionis Solemnem confecturi, Corpori Fundationis inserendam.

15.

1701. jan. 29. **Mattyasovszky László** nyitrai püspök mint alapító, **Bojár Endre** alkormányzó és **Tengg Kelemen** bécsi házfőnök mint meghatalmazottak közt a nyitrai megelepités feltételei véglegesen megállapítatnak.

Conditiones, sub quibus Reverendi Patres Piarum Scholarum ad Inferiorem Civitatem Nitriensem pro Instruenda Juventute, admittuntur.

1. Ut haec Reverendorum Patrum admissio, Episcopatui, et Capitulo Nitriensi, prout et Parocho, Ludi-Magistro, et Patribus Franciscanis, et Civibus Nitriensibus, signanter autem Decimis, Macellis, Educellis, Molendinis, Mendicationibus, Functionibus Parochialibus et his similibus nullatenus praedictet.

2. Ut iidem Reverendi Patres Juventutem, prout Nitriensem, ita et externam a Parvostis majoribus (et non infra, nisi in casu extraordinario, Respectu Status, et Conditionis Personarum Eximiarum) incipiendo, usque ad Rhetoricam inclusive in Lingva Latina, Arithmetica, Scriptura, Cantu, et casibus Conscientiae (si necessitas postulaverit) ac potissimum in Virtutibus, et Bonis moribus instruere, et erudire obligentur.

3. Ex eadem Juventute praevio modo erudienda, seligent Reverendi Patres aliquos Juvenes, qui Solemnioribus Festivitatibus in Templo Cathedrali, ad Requisitionem Venerabilis Capituli, vel Custodis Eiusdem, pro Acolythis, Thuriferario, Naviculario etc. in Vestibus Clericalibus ac Superpelliceis (per Ecclesiam subministrandis) ac etiam pro Facibus portandis, adhiberi possint.

4. Ad augendum Cultum Divinum, iidem Reverendi Patres (Salvis nihilominus Eorundem Privilegijs) ad Processiones publicas et signanter Sanctissimi Corporis Xti, S. Marci, Rogationum, et Gloriosissimae in Caelos Assumptae Reginae, studiosos suos, una cum Magistris (praecedente Schola Parochiali) aggregabunt.

5. Usque dum RR. PP. Templum sibi erigere poterunt, conceditur iisdem, ut interea in Templo Parochiali Diebus Festivis, et Dominicilibus, hora decima matutina, post consuetum Sacrum Parochi, et Concionem, pro studiosis suis, Missam in propriis Eorundem Apparamentis, ac ad Luminaria aequae propria, celebrare possint. Diebus autem Ferialibus in Domo Eorundem propria, pro Commoditate sua, poterunt Sacra peragere, confessiones Studiosorum exaudire, ac sub iisdem Divinis, Sacram Synaxim iisdem studiosis, et non alijs (nisi in Templo,

et necessitate Infirmorum ac feminarum praegnantium postulante) administrare. Postquam Templum erexerint, statuentur certae horae, quibus conciones, et Cantata Sacra, in eodem sine impedimento Sacrorum et Concionum in Cathedrali, Parochiali et Franciscanorum Templis, peragi hactenus solitorum, per Reverendos Patres celebrabuntur.

6. Desideraretur, ut praeter Orationes consuetas pro fundatore, qualibet hebdomada, feria sexta, festo solemniori non impedita, unum sacrum de Passione Xti Domini cum Collecta de Remissione Peccatorum — Exaudi quaesumus — a Reverendis Patribus celebraretur.

7. His conditionibus adimpletis, pro fundatione Collegij desiderata 24 millium florenorum summa juxta Spatium duorum Annorum, vel in Paratis, vel in Cessionibus elocatae Pecuniae, vel etiam in Bonis, administrabitur. Ad alia autem praestanda, praeter Assistentiam in Casu Impetitionis Reverendorum Patrum exhibendam, Fundator nullatenus obligabitur.

8. Si quidem pro erigendis aedificijs Lateribus indigebunt, eosdem, a dominio, pretio, quo alij venduntur, acceptabunt, et in praeiusinuatæ Summae complanationem imputabunt.

9. Quoad fundum pro Collegio in Civitate erigendo, acquirendum, Cooperatio et Assistentia adhibebitur, ut sine magnis expensis, haberi possit.

Praespecificatas igitur Admissionis Conditiones mutua de Cointelligentia, partiumque, quarum intererat, assensu, eo Tenore, quo novem Punctis continentur, appositas et approbatas, futura pro Cautela proprijs Chyrographis, et sigillis roboratas, in veris et synceris Originalibus Nobis ad invicem extradidimus. Viennae die 29 Januarij Anno 1701.

Ladislav Mátyássovszky Episcopus Nitriensis m. p.

L. S.

Andreas a Conversione S. Pauli Scholarum Piarum per Hungariam Praepositus Vice-Provincialis m. p. Clemens a S. Philippo Nerio Scholarum Piarum Superior Viennensis m. p.

L. S.



16.

1701. febr. 12. A rend generális felhatalmazza Bojár Endre alkormányzót, hogy a nyitrai telepítés iránt a végleges szerződést a nyitrai püspökkel megköthesse.

*Petrus Franciscus a Conceptione Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Praepositus Generalis.*

Praesenti nostro Chirographo ad formam publici Instrumenti valituro de Consilio et assensu Generalium Nostrorum Assistentium constituimus Patrem *Andream a Conversione S. Pauli* Rectorem Prividiensem et Vice-Provincialem Scholarum Piarum in Hungaria, Procuratorem, pro parte Religionis nostrae ad perficiendam Fundationem Instituti nostri in Civitate Nitriensi, quam benignissime exhibet Illustrissimus et Reverendissimus Dominus *Ladislavus Matyasovszky*, Episcopus Nitriensis, Locique et Comitatus ejusdem Supremus et perpetuus Comes, Regni Hungariae Aulicus Sacerrimae Caesariae Regiaeque Majestatis, Cancellarius, et Consiliarius, Patronus Religionis nostrae gratiosissimus dantes eidem Patri *Andreae a Conversione S. Pauli*, omnem necessariam, et opportunam facultatem ad effectum praedictae fundationis consequendum, agendi, tractandi, contrabendi, stipulandi, obligandi, et quoscunque contractus, ser: ser: etiam solemniter faciendi, et celebrandi cum conditionibus ei bene visis, non tamen Instituto nostro contrarijs in forma etc. In quorum fidem praesentibus sigillo munitis subscripsimus Romae apud S Pantaleonem die 12. Februarii 1701. Petrus Franciscus a Conceptione Praepositus Generalis m. p. Ioachimus a. S. Maria Secretarius m, p, L. S.

Másolat. Hist. Dom. Lib. I. p. 18.

17.

**Bottyán János** ezredes alapítványát a nyitrai kollegium főnökének kérelmére a nyitrai káptalan átírja 1711-ben.

Nos Capitulum Ecclesiae Nitriensis. Damus pro memoria. Quod Reverendus in Christo ac Religiosus Pater *Petrus a S. Paulo* Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Domus seu Collegij Nitriensis Rector, nostram personaliter veniendo in prae-

sentiam exhibuit nobis, et praesentavit certas Literas Transactionales et contractuales sub authentico sigillo nostro confectas et emanatas petendo Nos debita cum instantia, quatenus tenorem earum ex suis veris originalibus transcribi et transumi facientes, Eidem et per consequens toti Collegio Nitriensi in Transumpto nostro Authentico extradare vellemus Quarum quidem Literarum tenor et verbalis continentia est talis. Nos Capitulum Ecclesiae Nitriensis. Damus pro memoria. Quod Egregius *Michael Czugány* Perillustris ac Generosi Domini *Joannis Bottyán* Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis unius Regiminis Equestris ordinis Militiae Hungariae Colonelli universorum Bonorum Provisor in persona Ejusdem cum subscriptis Literis Plenipotentialibus, sibi per eundem Dominum Colonellum datis, ab una, ab altera vero partibus Reverendus in Christo ac Religiosus Pater *Andreas a Conversione sancti Pauli* Clericorum Regularium Pauperum Matris Dej Scholarum Piarum per hungariam Praepositus Vice-Provincialis ex facultate et Plenipotencia Admodum Reverendi in Christo Patris *Petri Francisci a Conceptione* jam fatorum Clericorum Regularium Scholarum Piarum Praepositi Generalis in hoc literali Instrumento subiinserta nomine Domus Eorum Nitriensis, sancti Ladislaj Regis Hungariae et universae Religionis praedecaratarum Scholarum Piarum, disjunctive vel collective sumptae coram nobis personaliter comparentes, omnibus et quibuslibet gravaminibus universorum eorum, quos hoc praesens subscriptum tangere et concernere quomodolibet posset, de praesenti, vel successivis quibusvis temporibus negotium per omnia super prae-libatos Principales suos: Dictus quidem *Michael* super praeattactum Colonellum Dominum *Joannem Bottyán*, Ejusdemque Conthoralem nobilem Dominam *Juditham Lakatos*, et horum amborum subscriptos utriusque sexus universos: Antelatus vero Pater *Andreas a Conversione sancti Pauli* Vice-Provincialis super praescitam Domum ipsorum Nitriensem universamque Religionem Scholarum Piarum disjunctive, vel collective sumptam, assumptis atque levatis, matura primum et bene digesta animorum suorum determinatione praehabita, sponte et benevole exhibuerint et praesentaverint nobis scriptotenus subinsertos mutuos Tractatus, Transactiones et Fassionem Latino idiomate concinnatos et conscriptas, quos et quas ex vi et munere praeviae suae Plenipotenciae nominibus et in personis jam dictorum Principalium suorum viva quoque vocis suae ministerio coram nobis recitaverunt. Quorum et quarum tenor et verbalis contextus sequitur per ordinem taliter: Primarum. Ego *Joannes Bottyán*, Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis unius Regiminis Equestris ordinis Militiae Hungariae Colonellus: Non valens ob certas, illasque arduas meas rationes me

domo in persona abstrahere, quatenus alibi juribus meis, pro debito et meorum prospicere valeam, cum commune ubique esset, qui per alios facit, per se facere videtur: Eatenus ad instantiam Reverendi Patris *Andree a Conversione sancti Pauli* Scholarum Piarum per Hungariam Vice-Provincialis, Egregium *Michaelen Czagány* universorum meorum honorum provisorem statuo et constituo Plenipotentiarium meum ad faciendamque coram venerabili Capitulo Nittriensi, super certo contractu die 16. Junij anni praesentis infrascripti emanato, pro uno sacro quotidiano in perpetuum dicendo, nec non summa Capitali eatenus per me deputata, nomine et persona mea fassionem, meaeque postremae voluntatis genuinam declarationem, quae uberius ex authentico praementionati contractus patebunt. Obsequiose Venerabile Capitulum Nittriense requirens, quatenus praefati mei hocce in passu fundationali et Ei annexis Plenipotentiarij fassionem dignarentur ratam gratamque, quae loco personae meae declaraverit, habere et acceptare, nec non consueto modo expediri curare. In quorum indubitatum fidem hasce meas Plenipotenciales Literas praelibato Egregio *Michaeli Czagány* manu mea propria subscriptas, et consueto meo sigillo robaratas dedi in Residentia mea Köbölkuth die 17. Junij anni 1701. Joannes Bottyán Colonellus m. p. L. S.

Secundarum hoc modo. Ego infrascriptus recognosco et fateor per praesentes notum faciens quibus expedit universis et singulis: Quod posteaquam huc ad residentiam meam Köböl-Kuth vocitatum Reverendus Pater *Andreas a Conversione sancti Pauli* Scholarum Piarum per Hungariam Vice-Provincialis die decima quinta Junij anni labentis millesimi septingentesimi primi advenisset, mihi die immediate sequenti rationem sui adventus exposuisset, se Plenipotentiam a Patre suo Generali mecum ratione sacri quotidiani in perpetuum dicendi, stipulandi et finalem contractum faciendi habere: Cujus Plenipotentiae tenor de verbo ad verbum in acceptatione nunc fati Patris *Andree* hujus contractus appronitur, ac eatenus Contractum suum privatam die 6 januarij anni ejusdem millesimi septingentesimi primi peractum confirmare et finaliter perficere velle detexisset: Insuperque ut in praeadditato contractu refertur, Residentiam suam Nittriensem ratione bis mille flororum, super quibus in venerabili Capitulo Nittriensi pro attacta Residentia Scholarum Piarum adhuc in anno Millesimo septingentesimo suo modo feceram fassionem, velut in dicta fassione uberius pateret, non esse sufficienter assecuratam, sed restare et requiri pro legali affidatione dictae summae bis mille florenorum Rhenensium in bonis meis immobilibus inscriptionem, quatenus in casu et tempore necessitatis levandae ejusmodi summae ca-

pitalis rationabilem et juribus Patriae convenientem habere queant recursum. Eatenus ego assumptis in me et Consortem meam nobilem *Juditham Lakatos* vocitatum universorum successorum et legatariorum nostrorum quibusvis oneribus et gravaminibus, justa praelibati Patris Vice-Provincialis instantia matura et exacta animi deliberatione perpensa pariter et admissa; praecensitam summam Capitalem bis mille florenorum, in Bonis meis hypothecarijs Kőböl-Kuth vocitatis assigno et inscribo, ita ut successores vel Legatarij nostri aut quocunque alio nomine utrisque sexus vocitati, post fata manutentuarij (quos serio et gravissime in conscientia obligatos facimus) nunc recensitam summam bis mille florenorum Rhenensium effective teneantur deponere aut legale interesse sex per centum computandum quotannis pendere, quandiu praelibatae Residentiae collective vel disjunctive sumptae Scholarum Piarum Nitriensi placuerit prae manibus illorum eandem summam relinquere. In casu vero horum bonorum redemptionis Illustrissimus Dominus Comes *Nicolaus Josephus Pálffy* (Tit.) a quo haec bona Kőböl-Kuthiensia habeo, aut ejus successores vel Legatarij, quocunque nomine vocitati, tenebitur et respective tenebuntur eandem summam bis mille florenorum Rhenensium praepremis ejdem Residentiae Scholarum Piarum Nitriensi effective deponere aut respective ut supra dictum est, interesse legale quotannis solvere obligabitur et respective obligabuntur. Tum quoque, quoniam in fassione mea supra adcitata coram Venerabili Capitulo Nitriensi facta, saepius fatam Residentiam Scholarum Piarum Nitriensium ad unum sacrum pro me et mea consorte Nobili *Juditha Lakatos* vocitata quotidie dicendum (nimirum pro me tam vivo quam defuncto, hebdomadatim sex sacra, pro consorte vero mea itidem tam viva quam defuncta unum sacrum) voluerim facere obligatam, quamvis eatenus bis mille floreni haud sufficerent, appromittens me respective, pro nunc nominata Residentia plura facturum, id ipsum, et de facto confirmo sincereque appromitto me ejusmodi summam, ex qua sufficiens interesse pro quotidiano Sacro perpetuo pro singulis denarios quinquaginta computando quiret provenire, adaequaturum et in meo testamento cum onere successorum quorumcunque et Legatariorum relicturum. Imo pro libero arbitrio, si mihi bene visum fuerit, aucturum. In casu vero, quo Divina permissione (quem Deus Optimus Maximus avertere dignetur) cum mortales simus, testari nequirem, utpote si repentina morte praevenirer, vel insperate in bello qualicunque justo vel injusto occiderer aut demum quocunque tandem casu fatali aut qualicunque nomine vocitato infortunio aut incendio, submersione etc. vita privarer, quocunque tandem casu interveniente ex testamento exmitterem, tum in tali eventu successores mej

et Consortis meae, ita etiam Legatarij nostri instituti ex bonis primo mobilibus aut immobilibus praesens nostrum sincerum et reale appromissum omni absque defectu pro refrigerio animarum praeprimis complere et omni absque dilatione effectuare tenebuntur atque obligabuntur.

Quatenus porro vita mea durante Reverendi Patres Scholarum Piarum Domus Nitriensis annum censum seu interesse respective sacri quotidiani certo valeant percipere, appromitto et obligo me, quotannis in parata pecunia pro duabus ratis, nimirum una in medietate pro festo Sancti Georgij Martyris, altera vero in medietate pro festo Sancti Michaelis Archangeli florenos centum et quinquaginta omni absque tergiversatione depositurum; pro residuis vero florenis triginta victualia, ut sunt frumentum, vinum, caseum et butyrum meis fatigijs pro residentia Nitriensi administraturum, vel si ita judicavero, praefatos florenos triginta in parato aere per me vel meos homines consignaturum. Volo autem, ut haec nostra fassio majori pro securitate et affidatione coram Venerabili Capitulo Nitriensi producat, et ibidem mediante meo Plenipotentiario Fassionem praesentem exhibente authenticetur, ac tandem si placuerit Reverendis Patribus hujusce meae postremae dispositionis a sua Sacratissima Caesarea Regiaque Majestate Confirmationem exostulare, meum superinde assensum et Consensum praebeo sponte et libere, imo impositive praecipio, quatenus ejusmodi confirmationem, ne mea haecce dispositio quocunque statu meo mutato, aliquomodo immutetur, sed ad Majorem Dej Gloriam, proximorum utilitatem et refrigerium animarum in integro conservetur et in effectum deducatur; Patres Piarum Scholarum Vice-Provinciae Hungariae primo quovis tempore allaborent obtinere. In quorum omnium et singulorum majorem fidem indubitatumque robur hasce meas fassionales et per modum ultimae dispositionis recognitionales manu propria et consueto meo sigillo roboratas dedi. In Köbölkuth die 16 Junij Anno millesimo septingentesimo primo. L. S. Joannes Bottyán Colonellus m. p. Praesentem contractum modo infrascripto recipio. Andreas a Conversione sancti Pauli Scholarum Piarum per Hungariam Vice-Provincialis m. p. L. S.

Tertiarum contextus ita sonat: Ego *Andreas a Conversione Sancti Pauli* Clericorum Regularium Pauperum Matris Dej Scholarum Piarum per Hungariam Praepositus Vice-Provincialis. De facultate et Pleni potentia Admodum Reverendi Patris nostri *Petri Francisci a Conceptione* Praepositi Generalis mihi per modum publici instrumenti attributa et concessa, tenore ut sequitur: *Petrus Franciscus a Conceptione* Clericorum Regularium Pauperum Matris Dej Scholarum Piarum Praepositus Generalis. Cum Perillustris Dominus *Joannes Bottyán* Sacratissimae Caesareae Regiaeque Majestatis Colonellus ab aliquot annis dotem suf-

ficientem pro missa perpetua celebranda a nostris Religiosis consignare ijsdem meditatus sit; nos ut ad effectum suum pia voluntas ejusdem Perillustris Domini perducatur, eam dotem acceptandi Patri *Andreae a Conversione Sancti Pauli* Rectori Prividiensi et Vice Provinciali per Hungariam, quatenus fundus dotis hujusmodi cedat Domui Scholarum Piarum Nittriensi, quæ onus missæ legendæ subibit, facultatem in Domino facimus, servatis servandis ad præscriptum Decretorum Urbani VIII. de celebratione missarum, cum nobis constet, eam Domum, utpote recenter erectam, huic perpetuo Missarum oneri satisfacere posse. In quorum fidem præsentibus hisce sigillo nostro munitis subscripsimus. Datum Romæ apud Sanctum Pantaleonem Scholarum Piarum, die 12 Mensis Februarij Anno 1701. Petrus Franciscus a Conceptione Praepositus Generalis m. p. Joachimus a Sancta M. Secretarius m. p. L. S. Regest. folio 158. — Præinscriptam Perillustris ac Generosi Domini Domini *Joannis Bottyán*, Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis Militiae Hungariae Equestris Ordinis unius regiminis Colonelli, veluti primi gratiosissimi Fundatoris Foundationem pro uno sacro quotidiano, de consensu quoque pariter et assensu Patrum ad id adhibitorum inhaerendo præmissæ Plenipotentiae et Bullis summorum Pontificum ibidem relatis, libere, sponte maturaque animi deliberatione, nomine Domus Nostræ Nittriensis Sancti Ladislaj Regis Hungariae, et universae nostrae Religionis Scholarum Piarum, disjunctive vel collective sumptae, sic prout exarata est, supposito respectivo sufficienti eatenus annuo censu in nomine Domini accepto et recipio; ac ut ad majorem Dej Gloriam, proximorum utilitatem et praelibati Domini primi Benefactoris gratiosissimi animae salutem cedat, ardentissimis votis desidero universaque Religio nostra desiderat. Obligantes nos et universos nostros successores, quod in dicta domo nostra Nittriensj Scholarum Piarum ad intentionem praetitulati Gratiosissimi Domini Fundatoris tam vivi quam defuncti sex sacra hebdomadatim et pro sua carissima Consorte Nobili *Juditha Lakutos* vocitata, pariter tam viva quam defuncta unum sacrum itidem hebdomadatim perpetuis semper temporibus erga sufficientem (ut praefertur) annum censum simus persoluturi, conscientioseque omni absque defectu celebraturi, invigilaturi quoque et diligentem curam adhibitori, ne unquam Capitalis summa respectu Canonicae obligationis stipulata una cum convenienti interesse per hereticam pravitatem aut quorumvis Adversariorum conamina de nostra negligentia deperdatur. — Excipientes duntaxat fatalem Regni casum (quem Deus clementissimus avertere dignetur) Belli, fauis, pestis, incendiorum publicorum aut quemcunque repentinum infaustum eventum, quo omni absque nostra culpa Summa capitalis una

cum interesse deperderetur, nec medium suppeteret, per nos aut per nostros Actores adhibita sufficienti diligentia rehabendi, tali quippe quocunque casu infortunij publici vel privati a praescripto onere sacri perpetuj quotidiani censendi sumus et respective universi nostri sunt futuri immunes ipsa natura et justitia dictante. De reliquo iuxta tenorem foundationis illibate obligatio nostra perpetuis semper temporibus suum vigorem habitura est; supposito, quod posteaquam duo millia florenorum ad interesse perpetuo currens elocanda, altissime titulus Dominus Fundator nobis resignaverit, a tertio mille itidem Rhenensium florenorum vita sua durante erga gratiosam suam resolutionem et stipulationem indubitate pensurus. In quorum majorem fidem et robur perpetuum praesentes literas fundationales earundemque nostras receptionales ab utrinque partium Contrahentium sigillis et propriae manus subscriptionibus roboratas in veris et sinceris exemplaribus dedimus. In Kőbölkhuth die decima sexta Junij Anno millesimo septingentesimo primo. L. S. Andreas a Conversione sancti Pauli Scholarum Piarum per Hungariam Vice-Provincialis m. p. Sub priori tenore praesentes receptionales et obligatorias accepto Joannes Bottyán Colonelus m. p. L. S.

Unde nos super praevia partium praedeclearatarum ad invicem contrahentium mutua reciproquaque fassione et contractu coram nobis scriptotenus (uti praemissum habetur) exhibita et praesentata, ac simul viva quoque voce repetita et per nos praesentibus de verbo ad verbum inserta hasce literas nostras testimoniales, fassionales et contractuales sub sigillo nostro Capitulari usitato et authentico supra fatis partibus Contrahentibus Jurium earundem futura pro cautela in perpetuam rej memoriam extradandas esse duximus et concedendas communi id ipsum suadente justitia. Datum Dominica quarta post festum Sacrosanctae et individuae Trinitatis Anno Domini Millesimo septingentesimo primo. L. S. Unde nos ad instantiam et postulationem suprafati Reverendi Patris Rectoris Nitriensis, *Petri a S. Paulo* praescriptas literas Contractuales, Transactionales de verbo ad verbum transsumi et transcribi praesentibusque nostris inseri et inscribi facientes sub sigillo nostro Capitulari usitato et Authentico, Eidem Patri instanti Rectori et per consequens toti Collegio Nitriensi jurium suorum futuram ad cautelam extradandas esse duximus et concedendas communi id ipsum suadente justitia. Datum feria quarta proxima post Pascha. Anno Domini 1711. Lecta.

Eredeti. A k. r. ház levéltára. Bottyán János 1701. évi alapító levelét közölte Thaly K. Bottyán J. Levelezései-ben 67—70. l. Az

ugyanott közölt 1699. évi 2000 forintos alapító levélről évkönyveink nem tesznek említést.

18.

1701. okt. 2. **Fülöp Ádám** nagyszombati városi tanácsnok a **Kis-Senkviczi** hegyen levő szőlőjét egy részben a nyitrai kollegiumra hagyományozza.

Admodum Reverende in Xto Pater nobis colendissime.

Salutem et Servitiorum nostrorum commendationem. Quandoquidem pie defunctus *Adamus Fülöp* Senator hujus Civitatis Tyrnaviensis (qui die 26 praeterlapsi mensis 7bris ex hac mortalitate decessit, et die ultima ejusdem mensis ad Patres Franciscanos hujus loci sepultus est) in sua Dispositione Testamentaria, Reverendis Paternitatibus vestris pro futura earundem isthic figenda Residentia certam vineam pretiosam in promonthorio *Kis-Senkvicz* alias Czerobrda vocato reliquerit, et legaverit hac videlicet modalitate: quatenus Paternitates vestrae vineam eandem habeant praeter fructus modernos vindemiales (siquidem de iisdem alio disposuit) at nihilominus exinde florenos quadringentos Claustro, seu Monasterio PP. Franciscanorum ad S. Antonium exolvant, si vineam eandem possidere voluerint, quae alias valet fl. 1000. Sin autem possidendi vel exolvendi eandem facultatem aut voluntatem non haberent, ut vinea vendatur, et praefati fl. 400 Patribus ad S. Antonium numerentur, residuum vero Paternitates Vestrae accipiant. Quare Adm. Reverendae Paternitati vestrae hisce significandum duximus, ut sciant se huic praedispositioni accomodare, Testamentum coram Civitate hac celebratum, uti par est, super inde exenturi. In reliquo adm. Reverendam Paternitatem Vestram diu ac feliciter vivere et valere cupientes, manemus Ejusdem Adm. Reverendae Paternitatis Vestrae. Amici et Servientes paratissimj.

Math. Pankovics Senator. Steph. Mokos Notarius Liberae Regiaeque Civitatis Tyrnaviensis et reliqui Testamentarij praefati Testatoris. Tyrnaviae dje 2 octobris Anno 1701.

Kivül. Adm. Reverendo in Xto Patri N. N. Sacri Ordinis Piarum Scholarum Vice-Provinciali et Patri in Xto nobis colendissimo. In S. Georgio. In absentia Suae R. Paternitatis aperiet R. Pater Rector Szentgyörgyiensis.

Eredeti. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.



1701. nov. 13. Rendfönöki látogatás és rendeletek.

In Nomine Domini Amen.

Anno 1701 die 11. 9-bris venit in hanc Domum Residentialem Nostram Nitriensem Scholarum Piarum P. *Andreas a Conversione S. Pauli* per Hungariam Praepositus Vice-Provincialis ex S. Georgio redux Vienna cum Fratre *Dominico a Matre Dei*, ubi capta media diei tantisper quiete, die sequenti visis videndis, auditis audiendis, ac censuratis Regestis, Domus et Fabricae sequentia pro observantia religiosa statuit.

*Primo.* Quamvis in Domo adhuc essemus inordinata, nihilominus omnia Religionis exercitia persolvantur, feminae ad conclavia non admittantur (exceptis conspicuis personis pro sacro, vel confessionibus, ut in contractu cum Illustrissimo describitur). Mensa rotunda aboleatur, nec nisi in gratiam conspicuorum hospitem, quod rarissime fiat, admittatur, sed ut moris est, sacra lectione condiantur et silentium, raro dispensandum, servetur.

*Secundo.* Curet P. Superior, quatenus singulis mensibus complete obligationibus sacrorum satisfiat etc. nec ultra consuetum sacrum quisquam plura pro arbitrio suo ad intentionem propriam dicat absque consensu Patris Superioris; nec ad ecclesias externorum pro sacris dicendis nisi vocati exeant.

*Tertio.* Pro exigua familia nostrorum magni sumptus facti et expensae in Regestis reperiuntur, quamvis vix aliquid utensilium procuratum appareat. Regesta singulis mensibus, etiam fabricae, ut moris est, subscribantur.

*Quarto.* Diebus Dominicis et festivis Oratoria, majus et minus, ut moris est, incipiantur, post prandium vero loco Catechesis Magistri vernaculo idiomate in scholis aliquam faciant exhortationem circiter per quadrantem horae in materia Catechetica vel librum Spiritualem curent legi, tandem pro conclusione ad capellam deducantur studiosi, et praesente sacerdote superpelliceo induto cum stola decantentur litaniae B. V.; et sacerdos dicat consuetam Collectam, ut moris est, pariter litaniae ante sacrum cum studiosis dicantur, et claudantur in fine sacri, ut alibi fit.

*Quinto.* Elocationes pecuniae, mutationes aut emptiones et venditiones et quicumque alii contractus fiant ad praescriptum. Cap. Gen., nimirum de consensu omnium Patrum Domus, et facultate V. Provin-

cialis p. t. existentis in scriptis obtenta, idque debita cum cautione juris. Et hactenus pecuniae mutuo datae primo quovis tempore, reha-beantur, ne, ut praescribitur, exopt tam facile fiant mutuaciones.

*Sexto.* Clerici singulis septimanis, ut moris est, reddant rationem conscientiae P. Superiori, quibus ille sit non secus, quam Magister Novitiorum, ut praescribitur in Bulla Clement. X., et singulis saltem mensibus semel ad mensam declament, jam soluta, jam ligata per-oratione.

*Septimo.* Priores ordinationes revideantur, et si in quopiam pun-cto non essent effectuatæ, omnino effectuentur, singularisque cura ad-hibeatur circa fabricam, ne res magno comparato pretio deperdantur. Ceterum pax Christi, et fraterna concordia cum regulari observantia exultet in cordibus nostris, in subditis filialis erga superiorem amor, et obedientia exacta; in Superiore vero pateant viscera paternæ cari-tatis, superflua non tribuendo, necessaria haud denegando. Quibus ita, ut praefertur, ordinatis, et statutis subscripsi, sigillo officii nostri munitis.

Nitriae in Domo nostra Residentiali ad S. Ladislaum die 13  
9bris A. 1701.

L. S.

Andreas a Conversione S. Pauli Scholarum Piarum per Hunga-riam Praepositus Vice-Provincialis m. p., Mathias a S. Joanne Evang Secretarius m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

20.

1702. Jaklin Miklós hagyatéka a nyitrai kollegium részére.  
Végrendeleti kivonat.

Item Patribus Piarum Scholarum nunc Nitriae per Illustrissimum et Reverendissimum Dominum *Ladislaum Mattyasovszky* Episco-pum Nitriensem et Regni Hungariae Cancellarium pientissime intro-ductis et fundatis pariter Mille florenos pro capitali ordino, ita ut hu-jus Interesse memoratis ex duabus portionibus exolvatur, vel Capitale ijsdem ad Interesse elocandum deponatur.

Másolat. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.

21.

1702. Jeszenszky Erzsébet 100 forintos alapítványt tesz a nyitrai kollegium javára. Status Dom. Nitr. Anno 1738.

22.

1702. Nyitra-Alsóváros plebánosának panaszlevele az iránt, hogy a piaristák iskolájának megnyitásával az övé egészen kiürült s iskolások hiányában nélkülözi az egyházi ténykedéseknél megkívánt segédkezőket.

Humillimum Memoriale ad Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum, Dominum Sigismundum Szörény, de Kis-Szörény, Episcopum Traguriensem, Praepositum Demeziensem, Venerabilis Capituli Nitriensis Lectorem et Canonicum, Illustrissimi Domini Domini Episcopi Nitriensis et per Regnum Hungariae Cancellarii etc. in Spiritualibus Vicarium, et Causarum Auditorem Generalem, Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis Consiliarium etc. Dominum, Dominum et Patronum gratiosissimum.

Illustrissime, ac Reverendissime Domine, Domine Praesul!

Postquam Reverendi Patres Piarum Scholarum, juxta laudabile Institutum suum, scholas publice in hac Nitriensi Civitate ad erudiendam Juventutem aperuissent, et ex omnibus partibus Juventus ad eandem accurrisset accidit, ut etiam ex triviali Nitriensi schola, relicto suo ordinario Ludi-Magistro, eo processerint Scholares. Quorum ad Scholas admissio, et in praejudicium Loci Parochi, et in damnum Ludi-Magistri contigerit, humillime Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationi Vestrae significandum duxi, quatenus modum aliquem imponere huic gravi defectui dignaretur.

*Primo.* Et quidem quod in praejudicium similibus loci Parochi Parvulorum ad Scholas admissio contigerit, evidens est, nam sive ad infirmos, qui sane multi reperiuntur, evocor, ipse ob defectum Assistentis Juvenis, et Stolum cum superpelliceo, per Plateas deportare, et — Confiteor — apud infirmum recitare cogor, quod quam inconveniens sit, prudens quilibet judicabit: et quod amplius, contrarium lego Decisum Romae, a Sacra Rituum Congregatione Anno 1621. 6. Julij, ut Parochi ad excipiendas praesertim feminarum confessiones progredi volentes, assistantem testem habeant, nisi gravis defectus talis testis adesset. Quod vero Juvenis Parochus ad similia obsequia a Reverendis

Patribus offeratur, bonum esset, nisi oriretur difficultas in alendo ipso, ad quod Parochus non obligatur; demum tali Juveni, utpote sibi immediate non subjecto, Parochus libere imperare non posset, prout imperaret, si ex trivialibus evocaret Juvenem, cum et ipsius Magister et ipse immediate subjaceret Parocho.

*Secundo.* Cum plures haec Parochia filiales a se invicem dissitas habeat, accidit interdum, ut eadem die plura occurrant funera, ad quae sepelienda, in duas, quandoque in tres dividi debent Studiosi partes. His cum careat Ludi Magister, maximam Difficultatem et Confusionem patitur Parochus. Offeruntur quidem ex Charitate Juvenes a Reverendis Patribus Scholarum Piarum ad hoc quoque obsequium, verum quia Ludi Magistro non sunt subjecti, canunt prout volunt, ita ut saepius, in praesentia etiam Parochi, ob inobedientiam emissorum juvenum, interrumpere cantum Ludi Magister, non sine scandalo populi, coactus fuerit, et quod gravius, tales Juvenes partem Salarij a funeribus Ludi Magistri solvi soliti praetendant; jam vero quoniam, et a scholaribus, quia non sunt, nihil solutionis habet, et a funeribus consuetae solutionis partem praedicti Juvenes a Ludi Magistro praetendant, Ludi Magister victum suum absolute habere non valet, neque poterit subsistere, sicque Parochus Episcopalis Civitatis Nitriensis sine Ludi Magistro, ipse in Templo et funeribus, et Pastor et Cantor. Quod vero Ludi Magistro a Reverendis Patribus offeratur doctio Parvulorum in eorum Scholis, magnum inconveniens, cum Ludi Magister Civitatis Nitriensis a Parochi Nitriensis immediata jurisdictione eximi videatur. Demum si ibi doceret Scholares, et Reverendis Patribus, non Civitati pro voto serviret, Civitas merito contra videretur, et consuetum sibi frumentum pro certo juste denegaret, sine quo rursus honeste non subsisteret. Et quod summum, Parochus Loci, cui in cura animarum Religiosi in Civitatibus fundati (maxime a Loci Praelatis) obligantur Adjutores duntaxat esse, et ab illo hac in parte dependere, juxta Decisionem Congregationis Cardinalium Anno 1696. 4. Februarii. Tali vero modo Parochus Nitriensis a Religiosis quodam modo dependere videretur.

Cui in convenienti, ut Illustrissima ac Reverendissima Dominatio obviare dignaretur, humillime rogo. Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae Servus et Capellanus obsequiosissimus. Michael Raymanus p. t. Parochus Nitriensis.

1702. A piaristák válasza a nyitrai plebános panasz-levelére.

Ad Illustrissimum et Reverendissimum Dominum, Dominum Sigismundum Szörényi etc. etc. ut supra.

Illustrissime, ac Reverendissime Domine, Domine Praesul et Patrone gratiosissime!

Ad Memoriale Admodum Reverendi Domini *Michaëlis Raymani* Parochi Nitriensis.

*Primo.* Quoniam Ipsius Admodum Reverenda Dominatio nostra oblatione, supermittendis sibi ad obsequia ex Scholis nostris Studiosis, scripto etiam porrecta, haud esset contenta, ob justas, sive minus tales rationes duntaxat excogitatas, in Memoriali suo appositas: eatenus nos quoque illibatam satagentes cum omnibus servare Harmoniam, consideratisque rebus praesentibus, et futuris, inhaerentes insuper Contractui, cum Illustrissimo Domino Praelato, Fundatore Nostro gratiosissimo inito, a praelibata nostra oblatione gratuita, libentissime recedimus, quatenus Jus Ipsius Admodum Reverendae Dominationis Vestrae in integro conservetur. Porro docebit tempus, quantos Juvenes ex sillabizantibus et Minoribus Parvisticis, pro suis obsequijs idoneos, et Cantus Coadjutores habere quierit.

*Secundo.* Notum est, Libertati Nobilium neminem praedjudicare posse, aut quasi Jure captos Cives adigere, ut potius ad has, vel ad illas Scholas, suas Proles mittant, quemadmodum in adscitato Contractu attactum esset; Praerogativam autem ejusmodi in avito statu in integro ab omnibus debere servari Leges Patriae praecipiant, proinde absque laesione Juris alterius violari nequeunt; quodque igitur malint ad Scholas Nostras suas mittere Proles, Jure suo utuntur, qui autem Jure suo utitur, nemini injurius. Ex quo pro

*Tertio.* Cum nostri Instituti sit pauperum Parentum Proles, qui medijs, pro erudiendis ijsdem novercante fortuna suaapte destituti sunt, erudire, rationi consonum est, praestare ibi erudiendos, ubi se occasio offert, quam ab Incunabulis, ad stivam, aut pascendum gregem condemnare ejusmodi miserabilis sortis filiolos, absque laesione Juris alieni apud nos erudiri posse nemo non asseveraturus est; nihil quippe Ludi Magistro solvi posse a similibus supponitur; tales quoque miserabilis sortis homines ab oneribus Civilibus, sive Ludi Magistro, sive cuique alteri, ipsa impotentia Civilis absolvit, quorum fortunae ad extremum

depressae commiserandum est, igitur et eorundem Prolium commiseratio habenda, saepius etenim tales, quamvis interdum praeclarae judolis essent, defectu mediorum pro inchoandis studijs, ad mendacitatem, vel alium abjectissimum rediguntur statum, ex quibus per Literarias Exercitationes, conspicui viri Ecclesiae, Regnoque utilissimi prodire potuis- sent, experientia quotidiana edocemur. Igitur pro

*Quarto.* Quamvis hactenus nullibi, quo nostrum Institutum intro- ductum est, ejusmodi difficultates exortae fuissent, sed et Ludi Magi- stri sufficientes habeant erudiendos puerulos, et nos a primis Elementis absque laesione Juris alieni doceamus; nihilominus sarta tectaque in prioribus duobus punctis exposita, explicataque omnino supponentes, si ita Illustrissimo et Reverendissimo Generali Causarum Auditori (etc. Tit.) visum fuerit, contenti sumus cum alijs a Majori Parva, ut ab jntio Illustrissimo Domino Fundatori placuerat, inchoare, nec spectan- tium ad Parochiam Nitriensem proles, ad inferiores scholas recipere, alij quippe non subjacent Jurisdictioni Domini Ludi Magistri, neque Domini Parochi, neque filij Nobilium pro funeribus comitandis ad Pa- gos exmitti conveniens esset; ac demum, siqui Nobilium suos filios Nitriam ad nostras mittunt Scholas, non faciunt ex motivo ad defrau- dandum Dominum Ludi Magistrum, aut alium quemquam, sed amore Religionis nostrae, quod nemini praejudiciosum posse esse, ipsa natu- ralis dictat ratio. Ac tandem pro

*Quinto.* Quatenus sciamus, intra sphaeram nostrae activitatis nos continere, et ne quidem in minimo Jus Parochiale laedere, aut, ut ajunt, lato ungue tangere, humillime petimus decretum Sacrae Cardi- nalium Congregationis 1696. 4. Februarij, decisum: et ab ipsius Ad- modum Reverenda Dominatione, ad finem sui Memorialis, adcitatum: item aliud Sacrae Rituum Congregationis 1621. 4. Julij, ut dicitur emanatum, nobis in Authentico Transsumpto communicari, ignorantia quippe invincibilis, excusat ab obligatione et peccato; nobis profecto de ejusmodi Decretis nihil prorsus constat, et notum esset, ubique Re- ligiosos, non ex quapiam Juris obligatione, sed pure, et pute ex Chari- tate Dominis Plebanis inservire, quod et nos, quemadmodum ad prae- sens, quantum possibile erat, ad nutum praesentis, et praedecessoris Admodum Reverendi Domini Plebani fecissemus, ita pari passu conti- nuare haud recusaturi sumus, quantum nihilominus Scholastica per- missura sunt exercitia. Haec erant ad Memoriale ipsius Admodum Re- verendae Dominationis humillime respondenda. Quorum talem ab Illu- strissima et Reverendissima Dominatione Vestra praestolaturi sumus coordinationem, ut et Jus Admodum Reverendi Domini Plebani conser- vetur, et Instituti nostri substantialia, respective Scholarum inferiorum,

haud laedantur. Quae Altissimo Judicio Illustrissimae Dominationis Vestrae committentes, nos favori et gratiae humillime recommendamus, permanentes Ejusdem Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae. Humillimi in Xto Servi et Capellani Scholae Piae Residentiae Nitriensis. Nomine quorum subscripsit humillimus servus Andreas a Conversione Sancti Pauli Vice-Provincialis. m. p.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 34—35.

24.

**1702. decz. 10. I. Lipót király megerősíti Mattyasovszky László nyitrai püspöknek a nyitrai kollegium javára tett alapítványát.**

Nos Leopoldus Dei gratia electus Rom. Imp. etc. memoriae commendamus, tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis. Quod fidelis noster nobis dilectus Reverendus Ladislaus Mattyasovszky Episcopus Nitriensis, Locique, et Comitatus ejusdem nominis supremus, ac perpetuus Comes, Consiliarius, et per praefatum nostrum Regnum Hungariae Aulae Cancellarius noster, suo et religiosorum Sacri Ordinis Patrum servorum Beatae Mariae Virginis, Scholarum Piarum, in inferiore Civitate Nitriensi, Comitatu ejusdem nominis existente, per dictum Cancellarium nostrum pie fundatorum nominibus, et in personis, exhibuit Majestati nostrae certas Litteras fundationales, propria sua Syngrapha, et sigillo communitas, et post acceptationem infrascriptorum punctorum, ac obligationum, per praefatum Sacrum Ordinem authentice factam, in ordinem et stylum redactas, quibus mediantibus memoratus Episcopus et Cancellarius noster praedictum Sacrum Ordinem in dicta inferiore Civitate sua depositis et exolutis pro integra fundatione ejusdem, Collegiique ac Templi erectione viginti quatuor millibus florenorum Rhenen: fundasse, et introduxisse, ac ad Juventutem in scientiis, Litteris, Virtutibusque, ac bonis moribus instruendam, et erudiendam, piisque Preces, et Sacrificia pro Fundatore persolvenda obligasse, et obstrinxisse; idem vero S. Ordo de praeattacta viginti quatuor millium florenorum summa plenarie jam contentatus, universis conditionibus, et obligationibus in iisdem litteris fundationalibus uberius expressis, sponte, et benevole acceptatis, ad observationem, et effectuationem earumdem Religiosos suos in eodem Collegio commoratos in perpetuum obligatos reddidisse dignosceretur, Tenoris infrascripti: supplicando Majestati nostrae debita cum instantia humillimè, quatenus Nos praeattactas litteras fundationales, modo praevio emana-

tas, omniaque, et singula in iisdem contenta, ratas, gratas, et acceptas habentes, Litterisque nostris inseri, et transcribi facientes, approbare, ratificare, ac pro memorato Sacro Ordine servorum B. M. V. Scholarum Piarum in perpetuum valituras, autoritate nostra Apostolico — Regia clementer confirmare dignemur, quarum Litterarum Tenor sequitur in hunc modum: — Nos Ladislaus Mattyasovszky Episcopus Nitriensis, locique et Comitatus ejusdem supremus, ac perpetuus Comes, S. C. Regiaeque Majestatis Consiliarius, ac per Hungariam aulae Cancellarius etc. Memoriae commendamus significantes quibus expedit universis. Quod nos plurima a Deo accepta beneficia, pia semper et grata memoria recolentes, animumque nostrum in id intendentes, ut ea, quae Divinitus gratis accepimus, devota mente fructuose, et utiliter ac salubriter dispensare valeamus; cum nihil antiquius habeamus, quam ut ad laudem, et gloriam Dei omnipotentis, ejusque sine labe conceptae Matris Virginis, totiusque Curiae Caelestis honorem, augmentumque et propagationem S. Matris Ecclesiae, et bonum proximi promovere possimus. Hinc nos quoque Divina benignitate Episcopatum et Dioecesi Nitriensi in spiritualibus simul et temporalibus praefecti et praesidentes, post propulsatam gloriosis et victoriosis Caesareo Regiis armis ex eadem Dioecesi nostra Ottomanicam perfidiam, et a Jugo Turcico plene eliberatam, volentes de salutari et opportuno remedio, quo haeresum etiam, et sectariorum impietas, quae haecenus multis in locis invaluerat, sensim eliminari, ac verae orthodoxae fidei claritas reduci, corruptique longiori cum impiis conversatione mores in melius converti valeant, paterne providere; proximis ad hanc intentionem nostram medium haud adesse existimabamus, quam ut tales ad id opus viros accerseremus, qui compositis ad Christianam perfectionem moribus, et exemplis populo praesent, ac simul teneriores adolescentiae mentes litteris, et scientiis imbuerent, et conformibus ad veritatem evangelicam Doctrinis, eosdem viam Caeli edocerent. Et licet complures in apostolico hoc Regno Hungariae reperirentur Scholae Academiaeque, et Gymnasia; quia tamen tum ob eorundem longiorem distantiam, sed vel maxime attenuatas diuturno bello miserorum incolarum facultates, et liberorum suorum in Academiae et Gymnasiis longius distantibus intertentionis mediorum defectum, capacissimi ingenii subjecta delitescere, talentaque sua divinitus obtenta, defodere coguntur, fructificareque nequeunt: ac proinde tum ex eo, tum vero pro nostra in Deum pietate, ac ad maiorem cultus Divini propagationem, atque boni publici conservationem, et augmentum, proximorumque animarum salutem, pro peculiari nostro, quo erga religiosum RR. PP. servorum B. M. V. piarum scholarum sic nominatorum Ordinem, veluti, de Ecclesia Dei, et



Religione Catholica, praesertim in instruenda Juventute, bene meritum, et summe commendatum, ducimur affectu, motu, animoque bene deliberrato, ac maturo Consilio eundem S. Ordinem (quo liberius, suoque Instituto conformius Pietatis in Deum, et proximos, ministeria exercere valeant) in inferiorem Civitatem nostram Nitriensem, Comitatuque ejusdem nominis existentem, non solum admittendum esse censuimus, imo pro perpetua Collegii, ac Templi sub titulo, ac patrocinio S. Ladislai R. Hungariae pro ipsis aedificandi, et exstruendi fundatione, juxta postulatum ipsiusmet S. Ordinis viginti quatuor millium florenorum summam exsolvendam deputavimus; his per expressum sub Conditionibus; et quidem

*Primo*: Ut ultra praeactam summam pecuniariam, jam in toto exsolutam, ad alia praestanda, praeter assistentiam in casu impetitionis ejusdem S. Ordinis exhibendam, nullatenus obligemur.

*Secundo*: Haec praefati S. Ordinis in eandem civitatem nostram admissio nobis et Successoribus nostris, ac etiam Capitulo nostro, prout et Loci Parocho, Ludi magistro, PP. Franciscanis, et Civibus nostris, signanter vero respectu Decimarum, Macellorum, Educillorum, Mendicationum, Functionum Parochialium, et his similium nullatenus praedjudicet. Hinc

*Tertio*: Eidem S. Ordini nonnisi usque dum templum sibi erigere poterit, concedetur in templo Parochiali interea Diebus Dominicis et festis hora decima matutina post consuetum Sacrum Parochi, et Concionem, pro studiosa Juventute, quam habituri sunt, Missam in propriis eorumdem apparamentis et ad luminaria aequae propria celebrare: Diebus autem ferialibus in Domo eorumdem propria pro comoditate, sua Sacra peragere, Confessiones studiosorum exaudire ac sub iisdem Divinis Sacram Synaxim iisdem dumtaxat studiosis, et non aliis (nisi in Templo, aut necessitate infirmorum, ac foeminarum praegnantium ita exigente) administrare liberum est. Postquam autem

*Quarto*: Templum idem Ordo exerit, statuatur certae horae, quibus conciones et cantata Sacra in eodem sine impedimento Sacrorum et Concionum in Cathedrali, Parochiali, et PP. Franciscanorum Templis peragi hactenus solitorum, per RR. Patres praefati Ordinis Scholarum piarum commode absolvi possint. E converso

*Quinto*: Juxta Institutum ejusdem S. Religionis, piisque ac praecipuum intentum nostrum, idem S. Ordo Scholas erigere, et continuare, ac per Religiosos suos Juventutem tam Nitriensem quam externam, et adventitiam ad Scholas recipere, ac a parvistis dumtaxat majoribus (et non infra, ad praecavendum Ludimagistri praedjudicium, nisi in casu extraordinario, respectu status et conditionis eximiarum, et nobilium

Personarum, super quo per expressum dispensatur) incipiendo, usque ad Rhetoricam inclusive in litteris et scriptura, ac aliis scientiis, utpote Arithmetica, cantu, et si necessitas postulaverit etiam casibus conscientiae ac potissimum in virtutibus, ac bonis moribus instruere, et erudire obligabuntur. Sed et

*Sexto*: Ad augendum Cultum Divinum iidem Religiosi (salvis tamen eorundem privilegiis) ad publicas Processiones, et quidem SS. Corporis Christi, S. Marci, Rogationum, et gloriosissimae in Caelos assumptae Reginae, et Patronae Virginis Mariae, Studiosos suos una cum magistris (praecedente Schola Parochiali) aggregabunt. Ac etiam

*Septimo*: Ex eadem Juventute Scholastica seligent aliquot idoneos Juvenes, qui solemnioribus festivitatibus in Templo Cathedrali ad requisitionem V Capituli nostri, et Custodis ejusdem, pro acolythis, Thuriferario, et naviculario in vestibus Clericalibus, et superpelliceis per Ecclesiam Cathedralam subministrandis, ac etiam facigeris adhiberi possint. Et tandem

*Octavo*: Desideratur sub obligatione a RR. Patribus in hoc neorigendo Collegio commoraturis, ut praeter consuetas pro fundatore orationes, etiam unum Sacrum qualibet hebdomada feria sexta, (nisi solemne festum impediatur) de Passione Christi Domini, cum collecta de remissione peccatorum: *Exaudi quaesumus etc.* pro nobis, velut Fundatore suo celebretur in perpetuum.

His itaque Conditionibus per eundem S. Ordinem sponte et benevole acceptatis, et ad observationem et effectuationem earundem eodem S. Ordine semet obstringente et obligante: Nos quoque praeattactam viginti quatuor millium florenorum summam ex integro jam enumerari, et exolvi fecimus, et hanc piam Fundationem ad majoram Dei O. M. gloriam, immaculatae et intemeratae Mariae Virginis, S. Ladislai Regis Hungariae, totiusque triumphantis Ecclesiae honorem, militantis vero augmentum et propagationem effectui mancipare, cupimus, ac per suam, Majestatem SSam, qua Regem Hungariae Apostolicum suprema ejusdem auctoritate confirmari procurabimus: Nostros etiam Successores obsecrantes, et quantum possumus, obligantes, quatenus eandem Fundationem nostram per se, suosque in perpetuum firmam, stabilem, ac inviolatam servant, tueantur, ac defendant. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam praesentes Chirographo, et sigillo nostro munitas praelibato S. Ordini Piarum Scholarum extradandas duximus, et concedendas. Datum Viennae Austriae die 29-na mensis Junii Anno Domini 1702, Ladislaus Mattyasovszky Epis. Nitr. — Nos itaque humillima memorati Episcopi, et Cancellarii nostri suo, et praefati S. Ordinis nomine, nostrae modo, quo supra, facta Majestati supplicatione, Regia

benignitate clementer exaudita, et admissa, pro eo etiam, quo erga religiosos quosvis Ordines ducimur Zelo, ac pietate, propensioneque, praeinsertas Litteras fundationales non abrasas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, ac suspicione carentes, praesentibus litteris nostris de verbo ad verbum sine diminutione, et augmento aliquali insertas, et inscriptas, quoad omnes earundem continentias, clausulas, et articulos, ratas, gratas, et acceptas habentes Apostolico-Regia auctoritate nostra, omni meliori modo approbamus, ratificamus, ac pro toties fato S. Ordine servorum B. M. V. Scholarum piarum valituras clementer confirmamus, inviolabiliterque observandas committimus: harum nostrarum secreto sigillo nostro majori in pendent, quo ut rex Hungariae utimur, vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae Die 10-ma mensis Dec. Anno Domini 1702.“

Másolat. Episcopatus Nitr. ejusque Praes. Memoria. p. 397—405.

25.

1702. decz. 12. A nyitrai püspöki helynök a piaristák és a városi plebános között fenforgó vitás kérdésben ez utóbbi javára dönt.

Nos Sigismundus Szörény de Kis-Szörény, Electus Episcopus Traguriensis, Praepositus Demeiensis, Cathedralis Ecclesiae Nitriensis Lector et Canonicus, necnon Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Domini Ladislai Mattyasovszky Episcopi Nitriensis, Locique et Comitatus Ejusdem supremi, ac perpetui Comitatus, Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis Consiliarij, et per Hungariam Aulae Cancellarij etc. in Spiritualibus Vicarius et Causarum Auditor Generalis, praelibatae Suae Majestatis Sacratissimae Consiliarius. Damus pro Memoria. Quod posteaquam Reverendi Patres Scholarum Piarum ad hancce inferiorem Civitatem Nitriensem, Comitatus nominis ejusdem adjacentem de gratuita annuentia et fundatione praelibati Domini Episcopi Nitriensis, et Regni Cancellarij, venissent, Scholasque suas, ad erudiendam in humanioribus Literis juventutem aperuissent, et docere coepissent, factum sit, ut inter Admodum Reverendum Dominum Nicolaum Prileczky priorem, et Michaëlem Raymannum modernum, Parochos Nitrienses, ab una, ab altera vero Partibus jnter praelibatos Reverendos PP. Piaristas, occasione erudiendae trivialis, seu jufimae Classis Juventutis, usque ad Majores Parvistas exclusive, certae ortae sint quaestiones et difficultates, pro fienda finali, ac immutabili Decisione, per scriptotenus

pro et contra replicas, ad officium nostrum Vicariale, consequenter in praesentiam Nostri deductae. In quibus quidem Replicis a parte sui Nobis porrectis, praefati RR. PP. Piarum Scholarum, eruditionem praescriptae trivialis Classis puerorum, penes se manere debere praetendentes, allegabant pro

*Primo.* Sui Instituti esse docere Iuventutem, statim a primis Elementis, id est ab ipso Alphabeto. Pro

*Secundo.* Dari plurimos pauperum Parentum Filios, indolis et Iugenij quam optimi, expectationisque, et spei non ultimae, qui nisi per ipsos praedecaratos Reverendos PP. Piarum Scholarum gratis et sine salario, ad quod vi Instituti sui obligarentur, quoque imbuerentur in bonis moribus, et Literis, ob defectu Salarij, quod Ludi Magistro pendere deberent, ad aratra, stivam et ligones applicari deberent. Pro

*Tertio.* Nobilibus vero Filijs, quis praescribet, aut praecipiet, in praedudicium, et Derogamen Nobilitatis praerogativae, ut ad Ludi Magistrum, potius pro Salario, quam ad Pias Scholas, gratis erudiendi mittantur pro studijs? Pro

*Quarto.* Obtulerunt se insuper saepe repetiti PP. Piarum Scholarum, nonnullos Civium Nittriensium puerulos, vel etiam extraneos inferioris sortis, pro exigentia et necessitate muneris Parochialis, ex Scholis suis velle, tenerique administrare, ita tamen, et sub hac Conditione, ne exercitijs Scholasticis exmittendi priventur. Quare postulabant, ut adminus extraneorum Filij ab ipsis primis elementis permittantur in suis Scholis Nittriensibus erudiri.

Et contra, a parte praenominatorum prioris, et moderni Dominorum Plebanorum Loci, reponebatur. Ad

*Primum.* Competat licet vi Instituti R. Patribus Piarum Scholarum eruditio Juventutis, ab ipsis primis Elementis Latinae linguae. Tamen cum suapte, et benevole per Contractum cum praetitulato Illustrissimo ac Reverendissimo Domino junctum, ab hocce suo Instituto recessum fuerit, idemque suum Institutum, vi puncti secundi ejusdem contractus ad Majores duntaxat Parvistas, et non minores Parvistas, Declinistas, aut Minimistas, seu Alphabetarios restrinxerint, prouti id ipsum, nec ipsi Reverendi Patres Piaristae inficiarentur, jmo se velle, eatenus praemisso contractui inhaerere in Replicis suis, ultronee declaraverunt. Ideo volenti nullam fieri injuriam, neque amplius ab hujusmodi Contractu, eosdem Reverendos Patres recedere valere. Ad

*Secundum.* Quod Nobilibus licitum sit, huc, vel illuc Filios suos, ad studendum mittere: transeat, sed an ad se missos Nobilium Filios dictis R. Patribus Piaristis Nittriensibus, in praemissam infimam Clas-

sem recipere in eademque erudire (intercedente jam per prius prae-mentionato Contractu) liberum sit? prior recurrit quaestio, et dicitur, quod non sit illis liberum. Sed tales Nobilium filii, vel ad Ludi Magistrum Loci, vel ad alias Scholas, quae in Hungaria, numerosae et plurimae sunt, veniunt mittendj. Ad

*Tertium.* De pauperum Parentum bonae expectationis, et indolis filijs est par ratio, qui si non possunt Ludi Magistro ab illis solvere dari plurimas Scholas alibi etiam, non solum Nittriae, apud mentionatos Patres, in quibus citra omne salarium possunt jstrui. Ad

*Quartum.* Quod se ijdem Reverendi Patres offerunt, nonnullos puerulos inferioris sortis, pro necessitate muneris Parochialis conditione sub praescripta ex scholis suis velle administrare, id quam jnconveniens esset, Judicio nostro Vicariali submittitur. Tum quia conditionate administrandi offeruntur, ne videlicet exercitijs scholasticis talismodi pueri priventur. Tum quod et ipsimet Domini Plebani et Ludi Magistri Loci dependenter se deberent habere a praescitis Reverendis Patribus, et talismodi Pueros ab ijsdem precario modo emendicare. Tum demum, quod non semper pro ratione Necessitatis et temporis habere possent Domini Plebani tales Pueros, praecipue, dum res non pateretur moram, et instaret periculum salutis alicujus. Tum denique, quod similibus Pueris libere uti, et ijsdem libere imperare nequirent, et (ut jam etiam evenit) partem salarij sui, aut Ludi Magistri ijdem Pueri, vel etiam ipsi Patres exposcerent, indecensque foret, Dominos Parochos in administratione Sacramentorum solitarie et sine debita Comitiva procedere. Ex eo, tum ex praevijs rationibus, tum demum, quod jntentum Reverendorum Patrum Piarum Scholarum non modo Parochiali huic, verum etiam ipsi Cathedrali Ecclesiae Matri et Capiti multarum aliarum Ecclesiarum Dioecesis hujus, jmo et ipsis Episcopatu, ac Venerabili Capitulo, Parochis, Ludi Magistris, atque civibus hujus Loci palam et nimium praejudicaret (ad quod tamen evitandum et praecavendum, toties dicti R. PP. Piaristae vigore primi Contractus puncti, omnino tenerentur, essentque obstricti, quia ita transegerunt cum Illustrissimo Domino Fundatore, eosdem Reverendos PP. a doctione praescitae infimae Classis puerorum, puta Minimistarum, Declinistarum et Minorum Parvistarum, serio et efficaciter inhiberi, Ludi Magistrumque Loci hujus in erudienda dicta infima classe, infra majores Parvistas per nos, qua Vicarium supralibati Domini Ordinarij, et Diaecesani Episcopi stabiliri praememoratus Dominus prior et modernus Plebanus Raymanus efflagitabat.

Nos proinde ex munero nostro praescripto Vicariali, ex annuentia et voluntate etiam praememorati Illustrissimi ac Reverendissimi Domini

Ordinarij sane confrontatis, et ad invicem ex aequo combinatis praescriptis ambarum Partibus rationibus et replicis, instantiam et postulatam praemissorum Admodum Reverendorum Dominorum Plebanorum veluti rationi et aequitati consonum, admitti, stareque debere, praelibatos Reverendos Patres Scholarum Piarum Nitriensium a doctione infimae Classis Juventutis, tam hujus, quam aliorum quorumvis locorum, usque ad Majores Parvistas, exclusive, omnino supersedere teneri, neque sub ullo pretextu, aut quaesito colore, id amplius ijsdem attentare licere, id dictante etiam illorundem cum Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Fundatore juito Contractu in primo et secundo punctis, et hac ipsum iterata etiam vice per Nos, et praesentem Decisionem nostram Vicariam ijsdem intimari, declarari atque etiam sub obligatione salutaris Obedientiae imponi atque junungi. Datum Nitriae in Aedibus solitae Residentiae Nostrae Vicarialis. Die 12 Mensis Decembris Anno Domini 1702. Sigismundus Szörény Vicarius Nitriensis. m. p.

L. S.

1. E végzést a vármegye nemessége magára és az iskolaügyre sérelmesnek találván, megfélebbezte a megyés püspök urhoz, ki azt több pontjában módosította és így a békét helyreállította.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib I. p. 35—38.

26.

**1702. decz. 20. A piaristák folyamodványa Nyitravármegye közgyűléséhez az iránt, hogy a közterhek viselése alól felmentessenek.**

Illustrissimi, Reverendissimi, Spectabiles, Magnifici ac Generosi Domini, Domini Patroni gratiosissimi!

Humillime praetitulatis Dominationibus Vestris, totique Inelyto Comitatus exponere necessitatur, quod posteaquam ex gratiosissima Illustrissimi Reverendissimi Domini Ladislai Mattyasovszky, Episcopi Nitriensis, ejusdem Loci ac Comitatus Supremi et perpetui Comitatus, Sacerrimae Caesariae, Regiaeque Majestatis Consiliarij, nec non Aulico-Hungarici Cancellarij etc. annuentia, ad inferiorem Civitatem ejusdem Nominis Episcopalem, admissi, ibidemque ex liberalissima Munificentia ipsius nunc titulatae Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Fundatoris nostri gratiosissimi introducti, et qua a Loci Ordinario Stabilitati essemus, certi quoque fundi Civiles, futura pro fabrica, in quibus

de facto sensim erigitur, praelibatae Illustrissimae Dominationi in loco placito, medio nonnullorum Dominorum Civium nobis assignati sint, secluis nihilominus omnibus prorsus Emolumentis, ac quibusvis proventibus et Utilitatibus.

Porro medio tempore jncolatus nostri, insuper in alieno fundo praememorata inferior Episcopalis Nitriensis Civitas, primo quidem graviter coepit querulari, se nimirum in modum militaribus portionibus, et his similibus impositionibus Inclyti Comitatus aggravari, tandem etiam a nobis, Mendicantibus Religiosis, omne prorsus possessione destitutis, respectu praeinsinuatorum fundorum, et reliquorum jnquillinatus nostri, quoquo modo Nobis obventorum fundorum, ratum, respective portionum quantum imponere ac exigere coeperunt, ex eo, quod omnes hujusmodi fundi olim in Numerum Portarum ab Inclyto Comitatu, in praefato onere limitati, ac censurati existerent, expostulare, pauperriam Status nostri Religiosi, haud pensitantes, aut fortassis ignorantes, Conditionem, quam paucis exponere necesse est.

Status igitur nostri Religiosi Conditio est, quod omnibus prorsus Bonis, mobilibus, et jmmobilibus, suapte, ex Instituto Nostro Scholarum Piarum Matris Dei careamus, solisque duntaxat Eleemosynis, sponte, et voluntarie, a Dominis Fundatoribus, caeterisque Benefactoribus oblatis, Domicilia, paupertati nostrae convenientia, erigamus, ac vivamus, ubique locorum pro Communi Bono erga exigentiam Instituti nostri, Juventutem in Pietate, Literis, bonisque moribus, instruentes, et Plebem in rudimentis fidei orthodoxae, pro salute, ac Utilitate Proximi desudantes erudiamus. Qua ex occasione inducendum ad rem nostram facit, Suam Sacerrimam Majestatem Caesarco-Regiam, nequaquam jntentionatam esse, eos, qui omnibus carentes, vel solis duntaxat vivant Eleemosynis, vel annuo merentur stipendio vitae sustentationem, vel denique opere manuum suarum diurnum nummum lucrentur, ad praementionata Tributa Regni sustinenda, adigendos, ideo quoque liberos omnis Regni colarum supponit Status.

Hinc, cum et Status nostri Religiosi Conditio non secus se haberet, quam recensitarum miserabilis sortis Personarum : Proventus quippe annuus Foundationis pure, et pute nomine Eleemosynae est vocitandus pro victu duntaxat, et status religiosi necessarijs comparandis destinatus, quatenus ea modalitate, habentes pro paupertate nostra, quo vescamur et tegamur, nos totos, ut praemissum est, obsequijs pro bono publico consecremus, operamque nostram ad majorem Gloriam Dei, Proximorum salutem et utilitatem impendamus; aut si praemisso modo, nomine Eleemosynae praeattactus exilis foundationis proventus, non esset insigniendus, certo non secus se ha-

bebit, quam servilis Personae annum Stipendium aut diurnus Operariorum nummus, ut pensitanti ea, quae nos oportet, respective quotidie praestare, luce meridiana clarius pateret.

Ex praevijs igitur rationibus, alijsque huc non insertis, humillime Inclyto Comitatu supplicamus, quatenus praeinsinuatam status nostri Religiosi conditionem, gratiose pensitantes, prae prius nominatos fundos Fabricae, et inquilinatus nostri, ab onere Portionum, et quocunque vocitatorum nomine Tributorum, semel pro semper libertare, et respective Numerum Portarum, saepius nominatam Inferiorem Civitatem Nitriensem concernentem, minuere gratiosissime dignarentur. Intuitu quoque fatigiorum, laborumque nostrorum, quos in erudienda Juventute, tam hujus Inclyti Comitatus, quam aliorum quorumvis, sine Discrimine Locorum aut Personarum, quae ad Scholas nostras mittitur, exantlamus, totam in eo nostram impendentes vitam, ut omni meliori, quo fieri potest, modo, opus nostrum ad majorem Dei Gloriam, et Proximorum utilitatem, perficiamus, Reipublicaeque Christianae hoc in Apostolico Regno existenti, aut ad agnoscendam fidem orthodoxam, aut in ea corroborandos, inserviamus. Gratiam et benignissimam Annuentiam, ne dum praevijs arduis obsequijs, sed et Sacro Sanctis Sacrificijs Missae, assiduo litantes, aditemur perpetuis semper temporibus remereri: gratiosam omni religiosa submissione praestolaturi resolutionem, permanentes Inclyti Comitatus Humillimi in Xto Servi Religiosi Scholarum Piarum Residentiae ad S. Ladislaum Nitriensis. m. p.

Kivül: Ad Venerabilem Inclyti Comitatus Nitriensis Congregationem, Dominos Dominos gratiosissimos submississima Instantia Introscriptorum Religiosorum Scholarum Piarum.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 38—40.

27.

**1702. A Sarlós-Boldogasszonyról czimzett társulat tisztválasztó szabályzata.**

Modus renovandi Magistratum seu Caeremoniae in Electione Officialium observandae.

Quemadmodum ubique bonus Ordo rem condecorat, ita et in Confraternitatibus non mediocre Ornamentum adfert bene dispositus Officialium Ordo. Quam ob rem cum vel ob defectum Majorum Officialium:



vel ob diuturnitatem, quae Annum excedere non debet, Officiales N. N. D. Rectori aut alijs Officialibus videbuntur (nisi jam huic necessitati providerit) moneatur R. P. Praeses de promulganda Electione futura, idque fiat 3-ia Congregatione Electionem ipsam antecedente, et habita prius Exhortatione super Virtute et qualitate eligendorum. Qua promulgatione facta quilibet Sodalium praeter Hymnum *Veni Creator Spiritus* et mortificationem etiam aliquam praemissam, ea Intentione, ut S. Spiritus suo Instinctu dignum Sodalitati innuat Magistratum. Chartulam in forma hac conscribat: Ego N. N. die N. Mensis N. praemissa mortificatione N: ex Instinctu (quantum possum intelligere) Spiritus Sancti Rectorem esse posse censeo D. N. N. Vice-Rectorem N. N. Assistentem primum N. N. me vero iuxta talentum a Deo mihi concessum ad Beatissimae Virginis Honorem pro Officio N. offero: proxima igitur post Promulgationem congregatione suam quisque Chartulam R. P. Praesidi tradet. Chartulas interim R. P. Praeses coram Secretario durante vel per Compromissionem ad tempus electo et uno Consultore pariter per Compromissionem deputato pro hoc tantum actu, quocunque tempore revidebit, vota computabit, et si unus votis pluribus aut saltem uno alios excesserit: jam finita erit Electio. Quodsi R. P. Praeses viderit, dato prius voto electivo cuipiam, eum votis esse parem alteri, poterit Conclusivum Votum addere alterum; duo enim vota habet aut plura, prout eidem expedire videbitur.

Publicatio vero Electi in Rectorem et alios officiales tali Solennitate institui poterit: habeatur brevis Oratio ad Rectorem, et antiquos Officiales, pro munere praecclare absoluto, gratiarum actoria per aliquem Oratorem; cui respondebit Nomine Officialium omnium vel Rector vel Orator vel aliquis alius ex Officialibus. Hac absoluta statim relinquatur locus vacuus pro novis Officialibus, et alij consideant inter ceteros Sodales. Tum cantato vel dicto: *Sub tuum Praesidium*, vel *O Gloriosa Domina*, vel alio in honorem Beatissimae Virginis Hymno, R. P. Praeses superpelliceo Stolaque coloris albi indutus, surgens dicat: *Adjutorium nostrum etc.*

*Oremus.*

*Aures tuae Pietatis mitissime Deus inclina Precibus nostris, ut tuis Mysterijs digne ministrare teque aeterna Caritate diligere mereamur, qui vivis et regnas in Saecula Saeculorum. Rp. Amen. Tunc accepto Calamo, qui plures Calculos habebit, eum in Rectorem eligat, qui pauciores in Vice-Rectorem, qui paucissimos in Assistentem primum, qui immediate eligant sibi residuos duos Assistentes; quibus electis, mox per Secretarium electum fiat Publicatio Rectoris, Vice-Rectoris et Assistentium sequenti formula: Ad Omnipotentis Dei Gloriam, Beatissimae Virginis*

Mariae, Sancti Josephi et Hungariae Patronorum honorem Anno Domini N. Die Mensis N. In Rectorem Almae Confraternitatis nostrae Beatissimae Virginis Mariae Elisabeth visitantis Erectae et Confirmatae electus est suffragijs N. D. N. in Vice-Rectorem suffragijs N. D. N. in Assistentem primum suffragijs N. D. N. in Assistentem 2-dum suffragijs N. D. N. in 3-ium Assistentem D. N. N.

His dictis procedat in medium novus cum Assistentibus Rector, et in medio ante Altare cum Assistentibus exhibita altari et R. P. Praesidi Reverentia, consistat ex Cornu Epistolae contra Reverendum Patrem Praesidem, sedentem in Cornu Evangelij latere dextro Altare respiciens, ad quem Orator aliquis brevem habeat Oratiunculam, orando, ut in Honorem B. V. Mariae hoc suscipiat munus. Cui respondeat Rector vel ejus loco aliquis alius. Quod si (quemadmodum convenit) susceperit, mox insignijs Officij sui ornabitur cum sequentibus formulis, quae vel dicendae sunt a R. P. Praeside vel simili sensu per carmen deductae a Juvenibus ornatis Angelicis vestibus, aut aliodecenti modo.

Másolat. Protocollum Sodalitatis Marianae. p. 1—3. A nyitrai k. r. gymnasium levéltára.

28.

1702. A Sarlós-Boldogasszonyról czimzett társulat tisztviselőinek beiktatási ünnepélyességei.

*I. Ordo tradendi Insignia Officij noviter electo Rectori.*

1-mo. *Tradatur ei Corona cum Rosario* per R. P. Praesidem cum sequenti formula :

Stola Jucunditatis induat te Dominus et Coronam Pulchritudinis de lapide pretioso ponat super Caput tuum, ut hac Amictus in Nuptijs Agni veste nuptiali conspicuus, ijs annumereris, qui venerunt ex magna Tribulatione Amicti Stolis Albis, quas laverunt, et dealbaverunt in Sanguine Agni sequentes Agnum, quocunque iverit. In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Respondeatur a Rectore. Amen. Quod in alijs formulis observandum.

2-do. *Annulus* cum sequenti Formula. Cito proferte Stolam primum et induite illum et date Annulum in manum ejus. Quod Filio Pater Evangelicus dixit hodierna die, a Matre tua Domina nostra Deipara, tibi dictum existima et hoc Annulo, quem induis laetitiam inchoa-

tam, usque ad Revelationem Aeternitatis Pij Operibus et Conscientia  
secura continua. In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Rp.  
Amen.

3-io. *Liber Legum Sodalitatis* cum sequenti formula :

Lex Domini Immaculata convertens Animas, Testimonium Domini  
fidele, Sapientiam praestans Parvulis. Beati Omnes, qui ambulat in  
lege Domini, in toto Corde exquirunt eum. In hac meditare die ac  
nocte, ut inveniariis inter facientes Legem. In Nomine Patris et Filij  
et Spiritus Sancti. Rp. Amen.

4-to *Libri Lectionum Spiritualium* cum sequenti Formula. Hortu-  
lus conclusus, Fons signatus, Putens Aquarum viventium tibi curandus  
committitur, ut ex eo copiosa in sitientes Marianos Confratres fluenta  
uberisque cum floribus fructus exhibens, deducas eos tecum ad fontem  
vitae aeternae. In Nomine P. et F. et Spiritus Sancti. Rp. Amen.

5-to *Album Sodalium* cum sequenti Formula.

Accipe Sodalitatis Album, in quo hujus militiae omnes Heroes,  
Sacramento habes Beatissimae Virgini Mariae obstrictos. Ita age dignos  
in hujus Indicem admittendo, indignos amovendo, ut Omnium horum  
tecum Nomina, cum Justis in Libro Vitae sint inscripta. In Nomine  
Patris et Filij et Spiritus Sancti. Rp. Amen.

6-to. *Tradantur claves* cum sequenti Formula.

Accipe Thesauri Beatissimae Virginis claves, iisque ea, quae So-  
dalitatis sunt obserata, servari cura : ut cum Dominus venerit et pul-  
saverit. confestim aperiantur ej Corda Sodalium. Beati Servi illi, quos  
cum venerit Dominus, inveniet vigilantes. In Nomine Patris et Filij et  
Spiritus Sancti Rp. Amen.

7-mo. *Icon Beatue Virginis Mariae* tradatur cum sequenti Formula.

Accipe Signum Dominae nostrae, cujus agens vicarium in Odorem  
unguentorum ejus curre : ut cum assumpta in Coelis possis cum Soda-  
libus tuis sempiternum de Cacodaemonis capite coutrito celebrare Tri-  
umphum. In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Rp. Amen.

Ultimo. *Tradatur ei Fax accensa* cum sequenti Formula.

Lucerna corporis tui est Oculus tuus : si oculus tuus simplex  
fuerit, totum Corpus tuum lucidum erit : cum sis expositus ad cande-  
labrum praecipuae in Sodalitate Dignitatis, luceas omnibus, qui in Domo  
Dei sunt, ut cosequi illam lucem feliciter merearis, quae illuminat  
omnem hominem venientem in hunc mundum. In Nomine Patris et  
Filij et Spiritus Sancti. Rp. Amen.

His absolutis decantetur : *Magnificat*, sub cujus Decantatione Re-  
ctori omnes manum porrigant, et Tyrones exosculentur ; reliqua si  
fieri non possint, Congregatio concludatur et Officialium reliquorum

Declaratio ad sequentem Congregationem transferatur, quae in hunc Modum instituitur.

*Rector ad Officiales et Sodales sequentia dicat :*

Quando quidem est visum Omnipotenti Deo et Beatissimae Matri Dominae nostrae, ut me in Corporis Mariani membrum praecipuum non meo merito, sed Spiritus Sancti Gratia delegeritis, vestrarum quoque Partium erit, me non satis huic Muneri accomodatum, vestris quoque Officijs succolare, vestra igitur Officia haec sunt etc. etc.

Hic legantur Officiales reliqui per aliquem Sodalium, quales sunt: Secretarius, Consultores 6, vel 12 aut plures arbitrio Praesidis. Instructore Tyronum, Monitores, Thesaurarij, Sacristiani, Visitatores Infirmorum, Labariferi, Janitores, Vexiliferi, Facigeri 6 etc. Si qui praeter hos electi fuerint; quibus perlectis, aut ex potiori parte constitutis legantur Officia uniuscuiusque, tandem investiantur a Rectore per traditionem Insignium, cuilibet Officio priorum.

*II. Ordo Tradendi Insignia caeteris Officialibus flectentibus.*

*1-mo. Tradatur Albm Sodalium Assistentibus cum sequenti Formula.*

Hujus Albi vos curam assumite, nec in Sodalitatem nostram nimis dealbatos ingredi sinite; talesque vos exhibete, qui et meum adjuvare Munus et Confraternitatem Elisabeth visitantis Virginis fovete valeatis. In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Rp. Amen. Respondentibus Assistentibus, quod et in alijs formulis servandum.

*2-do. Tradatur annulus et Sigillum Secretarijs cum sequenti Formula.*

Hoc Pignus Amoris nostri erga Deiparam vobis servandum traditur; tales vos praebete, qui et literas nostras absignare, et vestro subscribere Nomine valeatis. In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen.

*3-tio. Tradatur Stola et Corona cum Rosario Consultoribus cum sequenti Formula.*

Accipite ornamenta Dignitatis nostrae, eaque vestris Pietatis actibus velut laetissimis Moribus in Confraternitatis nostrae honorem adornate. In Nomine Patris et F. et S. S. Amen.

*4-to. Tradantur Thesaurarijs Icones et Claves cum sequenti Formula.*

Hanc Effigiem in Thesaurum accipite et discite Cor vestrum ibi habere, ubi est Thesaurus vester Deus. In Nomine Patris et F. et S. S. Amen.

*5-to. Tradatur Liber Legum Instructoribus cum sequenti Formula.*

Fidei libellum hunc Legum nostrarum committimus, ut in ijs bene exercitatos et iuxta eas ad Sodalitatis nostrae Corpus exanimatos deducatis Tyrones. In Nomine Patris et Filij et Spiritus S. Amen.

*6-to. Tradantur Lectoribus Libri Lectionum cum sequenti Formula.*

Accipite hunc librum, fluat ut ros eloquium vestrum ad Sodales informandos B. Virginis Mariae. In Nomine Patris et Filij et Spiritus S. Amen.

7-mo. *Tradatur Candela Sacristianis cum sequenti Formula.*

Altaris adornandi Curam suscipite et Nominis alios bono Exemplo erudiendi, ut vestrae Virtutes luceant tamquam Stellae Firmamenti in Conspectu Dei. In Nomine Patris et Filij et S. S. Amen.

Ultimo. *Tradantur Janitoribus Claves cum sequenti Formula.*

Vobis intromittendi et emittendi cum his Clavibus datur Officium: Ita agite, ut ipsi Portas Coelorum introire mereamini. In Nomine P. et F. et Spiritus Sancti Amen.

His finitis ad sua loca eant fiantque Oratiunculæ et Carmina gratulatoria Dominis Officialibus; ac tandem decantetur Hymnus: *Te Deum Laudamus*; quo Hymno terminabitur Electio. Finis.

Másolat. Protocollum Sodalitatis Marianae. p. 3--7. A nyitrai k. r. gymnasium levéltára.

29.

1702. A Sarlós-Boldogasszonyról czimzett társulatba való felvétel szertartása.

*Modus promovendi Tyrones ad Sodalitatem seu Caeremoniae Promotionis Tyronum.*

Die Promotionis invocata Spiritus Sancti Gratia per solitum Hymnum et Orationem de Spiritu Sancto a. N. N. Domino Rectore vel Rendo Patre Praeside ad Altare dicendam, omnibus consentientibus, ij, qui promovendi sunt ab Instructore Tyronum N. N. Dmno Rectori, R. P. Praesidi totique Sodalitati praesentabuntur hac Formula:

N. N. Domine Domine hujus Confraternitatis almae Rector, Tuæ Gratiae et nostri R. P. Praesidis totiusque Sodalitatis approbationi Neoptolemos hos Praesentes sistimus, de favore omnium Confratrum, quantum supponimus bene meritos; ut in Sodalitium nostrum admitti possint, pro ijs supplicantes. Quam Instructoris Orationem N. N. D. Rector excipiet dicens: Nihil dubitantes de tua Erudite et Fidelissime Instructor Fidelitate percontamur ex te, an eos Mariano Consortio dignos esse scias? ad quae reponit Instructor: Quantum quidem humana Fragilitas patitur et scio et ut tales commendo.

His per Instructorem prolatis N. N. Dominus Rector subjungit: Et Nos praesentatos a te pro tua Fide Mariano Dominae nostrae Am-

plexu excipimus, sed quia Confraternitas a singulis vota exigit Confratribus, antequam cum ea conferamus, exesse eos nonnihil volumus. His auditis exeant Tyrones, N. N. Dominus Rector vero his alloquatur Confratres: Piissimi Matris nostrae Cultores, liberam proferte Sententiam, ut membra hujus Almae Confraternitatis decet, admittendosne censetis omnes hos Tyrones? an eorum aliquos diutius adhuc in Tyrocinio detinendos? Sin minus, obstacula exponite, ut expendantur, num tanta sint, quae eos in hodierno admissionis beneficio morentur? Hic si quid, quod eos in admissione morari posset, repertum fuerit, revocentur et ad revocatos N. N. Dominus Rector dicat: Carissimi Neoptolemi, sic visum est Confratribus, ut ob N. N. obstacula diutius adhuc in Pietate exerceamini et in Tyrocinio detineamini. Si vero nihil repertum fuerit: Tum pariter revocentur et ad revocatos caeterosque Confratres habeatur vel per R. P. Praesidem, vel de ejus mandato, per Secretarium, aut alium quempiam Oratio Panegyrica de Virgine Sanctissima, vel de Dignitate Consortij Mariani et obligatione mariana, aut Exhortatio solummodo, quam si commoditas indulserit, omnes et Tyrones sedentes excipere poterunt.

Hac absoluta habebit Instructor quispiam brevem Oratiunculam pro Tyronibus petitoriam, cui N. N. Dominus Rector respondebit pro suo placito. Deinde vero subjunget sequentia: Nihil jam reliquum est, piissimi Neoptolemi nostrae Confraternitatis Candidati, praeterquam ut Professione solenni emissa Fideles vos in Servos perpetuos Dei Genitrici devoteatis. Quibus per Dominum Rectorem N. N. prolatis P. Praeses assurgat et Professionem Fidei, ut infra praescriptum est, praelegat:

Professio Fidei.

Ego N. N. Firma Fidei credo et profiteor etc.

Emissa hoc modo Professione Fidei, ponat unus quisque successive vel duo vel tres simul indicem et medium manus dextrae digitum supra Evangelium S. Joannis vel Crucem dicens: Ego N. N. Idem spondeo, voveo, ac juro: sic me Deus adjuvet et haec Sancta Dei Evangelia.

His peractis N. N. Dominus Rector dicit: Accedite nunc et Insignia Pietatis Marianae capessite. Tum accedentium Singulorum vertici coronas imponens dicit: Corona ista Pietatem vestram sanctissima Mater nostra coelitum regina coronat, ut hac immarcescibilem in Coelo consequamini. Respondentibus Tyronibus. Amen. Quod in alijs formulis observandum. Imposita omnium vertici corona (in cujus Impositione, si copiosi fuerint promovendi, poterunt et alij Officiales juvare N. N. Dominum Rectorem) Inducens idem N. N. Dominus Rector quarto An-

nulum cujuslibet Tyronis dextrae Digito dicet : Annulo suae Castitatis vestram sibi subarcet Puritatem, Fidem et Pietatem Sponsa Spiritus Sancti, Mater Christi, aeterni Patris Filia, Virgo Maria : Videte igitur, ne quid creati ejus amori praeponatis, ut in hora mortis Sponsae nostrae feliciter cum quinque Virginibus Prudentibus castis vestris Sensibus obviam venire possitis. Amen.

Inducto cujuslibet digito Annulo Rosarium singulis tradens dicit : Rosarium hoc sedulitati vestrae locat Rosa sine spina, imo Lilium inter Spinās, cujus Filius est Flos Campi et Lilium Convallium in hac lachrymarum valle ; ut venientes in Occursum Dominae vestrae cum dilecto Filio egredientis in Agrum, in villis commorari cupientis, et eum in hortum deducentis cum Exultatione fasciculum inter ubera ejus locandum deferatis et vita aeterna potiamini. R. Amen.

Tradito singulis Rosario Libellum Precatorium tradet, dicens : Acceram Thuris, Phialam Aromatum in hoc libello accipite ; Odorem Deo exhalet Oratio vestra, sicut Sacrificium matutinum sonet vox vestra in Auribus Dei et Beatae Virginis Mariae, ut aeterno canentium in Coelo, laudantiumque Deum Choro adscribi possitis. R. Amen.

Tradito singulis libello precatorio lucernam ardentem tradens dicit :

Sic luceat lux vestra coram hominibus et videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum, qui in Coelis est ; dum lucem habetis, credite in lucem, ut Filij lucis sitis, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum ; sint lumbi vestri praecincti et lucernae ardentes in manibus vestris et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptijs, ut cum hanc itineri vestro praetuleritis, inter Servos Beatos annumeremini. R. Amen.

His fuitis N. N. Dominus Rector dicit :

Nunc igitur solennis Fratrum Beatae Virgini Mariae se devotum Formula : Quibus auditis dicant omnes post N. N. Dominum Rectorem aut P. Praesidem sequentem Orationem.

Oratio. Sancta Maria Mater Dei, et sine peccato originali concepta Virgo, Ego N. Te hodie in Dominam, Patronam et Advocatam eligo, firmiterque statuo ac propono, nunquam Te derelicturum, neque contra te aliquid unquam dicturum aut facturum, neque permissurum, ut a meis subditis aliquid unquam contra Tuum Honorem agatur. Obsecro Te igitur, suscipe me in Servum perpetuum, adsis mihi in Omnibus Actionibus meis, nec me deseras in hora mortis meae. Amen.

Omnibus denique praemissis persolutis, N. N. hujus almae Confraternitatis Dominus Rector assurgens vel in Absentia ejus R. Pater

**Praeses dicet:** Ad Laudem Omnipotentis Dei ac Beatissimae Matris nostrae S. Elisabeth visitantis ego N. N. hujus Almae Confraternitatis Rector, vos pijssimi semper intactae Virginis Neo-Spousi, Nominis totius Confraternitatis in Numerum membrorum devoti Corporis nostri et Coelorum Reginae Servorum admitto: Confratres nostros pronuncio facioque Participes omnium Privilegiorum, et meritorum nostrorum, Indulgentiarum quoque omnium, nobis a Sanctissima Sede Apostolica concessarum, in Perpetuum. In Nomine Sanctissimae Trinitatis ac Individuae, Patris et Filij et Spiritus S. Amen.

Post haec inchoatur: *Te Deum laudamus*, omnibus prosequentibus; sub cujus Hymni decantatione Confratres novi procedant ad Osculum manus dextrae N. N. Domini Rectoris, R. P. Praesidis ac reliquorum officialium et Confratrum; — qua Deoscultatione manuum et Hymno *Te Deum laudamus* complexo, singuli ad Sacrum audiendum proficiscuntur, sub quo etiam Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, accensis ad illud accedentes luminaribus, ea qua par est Pietate et reverentia recipient. Quo recepto, Sanctissimo Missae Sacrificio audito, curabunt sua Nomina Albo Confratrum inscribi, et in Devotione erga Virginem Sanctissimam proficiant ejusque Cultum et Gloriam tum in se, tum in alijs promoveant, allaborabunt omnibusque internis et externis in id incumbunt Viribus. Finis.

Másolat. Protocollum Sodalitatis Marianae. p. 7—12. A nyitrai k. r. gymnasium levéltára.

30.

1703. Ürményi Bossányi Lőrincz 200 forint alapítványt tesz le a nyitrai kollegium számára. Status Dom. Nitr. 1782.

31.

1703. márcz. 31. A piarista rend generalisa a rend részéről elfogadja, illetőleg megerősíti a nyitrai alapítványt.

Petrus Franciscus a Conceptione Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Praepositus Generalis.

Visis per Nos Litteris, quarum tenore Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Ladislaus Mattyasovszky, Episcopus Nitriensis, Locique et Comitatus ejusdem supremus ac perpetuus Comes, sac. Cae-



sareae, Regiaeque Majestatis Consiliarius, ac per Hungariam Aulae Ejusdem Cancellarius, pro instruenda Juventute Religionem Nostram Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum in inferiorem Civitatem suam Nitriensem, admittendam esse censuit, pro qua 24 millium florenorum summam deputavit, sub conditionibus expressis in iisdem Litteris, quas Regio Diplomati inseri curavit. Nos Litteras ejusmodi jam a Patre Nostro Vice-Provinciali nobis annuentibus acceptatas, una cum Conditionibus in ijs contentis, ut majus firmitatis robur contractui adjiciamus, auditis, etiam super hoc P. P. nobis Assistentibus, admittimus, acceptamus, et quoad Religionem spectat, confirmamus et approbamus; quin etiam omnibus Religiosis Nostris inhibemus, ne quis contra praesumat, quocumque sub praetextu, obloqui et oggarrire, verum omnes in Domino hortamur, ut loco gratitudinis, erga benevolum Fundatorem, non nisi in Laudem, pijssimi Domini verba, et sermones suos componant. In quorum fidem, hisce sigillo Nostro munitis subscripsimus. Romae in aedibus nostris Scholarum Piarum Sancti Pantaleonis, die 31 Martij 1703. Petrus Franciscus a Conceptione, Generalis m. p. Bernardus a Sancto Philippo Nerio, Assistens Generalis et Secretarius. m. p. L. S.

Másolat. Hist. Dóm. Nitr. Lib. I. p. 43.

32.

**1703. nov. 3. Az esztergomi káptalan figyelmezteti a piaristákat, hogy a nagy tüzvész alkalmával leégett házukat, a mennyiben továbbra is iskolául használnák, állítsák helyre.**

Admodum Reverende Pater in Xto nobis observandissime.

Informamur, inveniri quosdam, qui petunt pro habitatione juveneratum Domum nostram Nitriensem, offerentes se, quod eandem etiam tegere velint, nos tamen jutuitu studij Scholastici, ad tempus, vellemus potius gratificari dieta domo Admodum Reverendis Paternitatibus Vestris, usque dum scholas commodiores in neo-erecto Collegio suo Nitriensi, juventuti adoptaverint, si solide, prout antecedenter fuit, eam tegere et restaurare velint. Juvaret in lignis noster Officialis Nitriensis. Expectabimus igitur superinde resolutionem cathegoricam Admodum Reverendarum Paternitatum Vestrarum, ut nos quoque domui nostrae, antequam magis desoletur, in tempore providere valeamus. Permanentes in reliquo Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae Tyrnaviae

Die 3 Novembris 1703. Ad serviendum paratissimi. Capitulum Strigoniense.

Kivül. Admodum Reverendo Patri N. N. Superiori Nittriensi Patrum Scholarum Piarum. Patri in Xto Nobis observandissimo. Nittriaë.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Liber. I. p. 46.

33.

1703. nov. 10. A piaristák jelentik az esztergomi káptalannak, hogy az iskola helyiségül szolgált káptalani házat, nagy költséggel nem állíthatják helyre.

Venerabile Capitulum Strigoniense, Domini Domini Gratosissimi !

Gratosissimam ejusdem Venerabilis Capituli, ad humillimam nostram, occasione Domus suae Nittriensis, factam instantiam, eo quo par est honore, rite percepimus Resolutionem, sub dato 3-io praesentis emanatam, quae quoniam conditionata esset, maturiore egebat consideratione, cujus debite perpenso statu, ad justar cathgorici responsi, in adcitata gratosissima Resolutione nobis ad dandum, insinuati, sequentia paucis humillime exponenda judicavimus.

Praeprimis vero, quoniam Venerabile Capitulum, alijs Competitoribus, praemisso in Negotio, Religionem nostram praeferre dignatur, summas pro eo, religiosas humilitate, reponimus Gratias, omnem pro status nostri religiosi exigentia reciprocantes gratitudinem.

Porro, quia pro erigendis in praeinsinuata Domo, ad aliquod duntaxat tempus, nostris scholis, admodum gravis poneretur Conditio, facultatibus nostris improportionata, nimirum, si solide, prout anteceden-ter fuit, eam tegere, et restaurare velimus, quam adimplere nequimus, aliquot quippe centeni floreni ad id desiderarentur, quibus nos (praesenti Regni confusione) annuo censu destituti, caremus, mendicato duntaxat paue, aut sponte oblato, victitantes. Eatenus repositis pariformiter, pro ejusmodi favore, submississimis gratiarum actionibus, praelibatam Domum, pro ijs, qui praescriptam conditionem possunt adimplere cogimur in palmam cedere, nosque ad duo Conclavia Fabricae constringere, in alijs vero Scholas appromptare, quamvis summa, cum exercitij nostri regularis incommoditate.

Exponendum nihilominus Venerabili restat Capitulo; nos hisce diebus accepisse realem informationem, bene praescitam Domum, com-

petitores illos non intentionari ita solide, prout antecederet fuit, et ut in supra adcitata gratiosa resolutione nobis praescribitur, restaurandam, tegere, et restaurare, sed solummodo ut pauperula plebs Nitriensis consuevit, rudissime, simplici stramine: si ita, et Venerabile Capitulum ad id suum erga pauperrimam Religionem Nostram favoris affectum dignaretur extendere, tum quoque ad ejusmodi tecturam pro conservatione murorum, ne collabantur, appromissum lignorum per Officiale Nitriensem administrandorum subsidium, supponentes, pro viribus nostris, libentissime cooperaremur, qui, si rebus suis altissime perpensis, denegabitur, miserabilem statum nostrum praevio modo, necessitabimur accomodari facere. Quibus humillime pro religiosi nostri status Conditione expositis, saepe saepius expertis favoribus ac Gratij Venerabilis Capituli nos commendantes, et pro incolumitate omni que prosperitate Singulorum Divinam assidue exorantes Majestatem, gratiosam praestolaturi resolutionem, permanentes Ejusdem Venerabilis Capituli Nitriae 10. 9bris 1703. Humillimi in Xto Servi et Capellani Scholarum Piarum Domus Nitriensis. m. p.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 45--47.

34.

**1704. Bojár Endre alkormányzó folyamodványa Bercsényi grófhöz.**

Excellentissime ac Illustrissime Domine Comes, Domine Gratio-  
sissime!

Toti Inclyto Regno Hungariae apprime constat, et Excellentiae Vestrae pariformiter optime notum erit, Religionem nostram Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, nulla prorsus, neque hic, neque alibi Bona jnnobilia, aut Dominia tenere, sed annuo duntaxat fundationali Censu, et Eleemosynis pauperrime victitare, erga justitutum nostrum Scholasticam Juventutem, in Pietate, et Literis, magno cum Regni emolumento erudientes. Porro quoniam anno praeterlapso, tanto minus pro nunc labente ob praesentem Regni statum ex praemisso fundationali censu, pro Domibus nostris, ex diversis Dominijs, quotaannis provenire solito, quidquam quiremus percipere, mihi que de munere Vice-Provincialatus attributo, ex obligamine Conscientiae incumberet, ejusmodi et alia negotia promovere, quatenus Religiosis meae Curae subjectis, de necessarijs prospiceretur: optime autem constaret, Serenissimum Principem Dominum Dominum Franciscum Rakótzium de Felső-Vadász (tit.) pariter quoque Excellentiam Vestram, Pias Causas, Fun-

dationes, vel quocunque nomine vocitata, aut vocitanda pia Legata, ex jnnata Sibi cum Fide orthodoxa Pietate, nequaquam in alium, seu diversum statum mutare jntendere, verum Fundatorum, pientissima vota secundare, in suoque statu jntegre conservare, jamque Gratia Dei favente, et supremo Numine cooperante, gloriosis armis totum fere hocce Inclytum Hungariae Regnum Suo Gubernio subjecisset, et ex Bonis fundationali Religionis nostrae aere obaeratis, proventus perciperet; eatenus humillime nomine praeattactae Vice-Provinciae Nostrae in Hungaria habitae, meae curae, sollicitudinique commissae, supplico, quatenus omnibus fere medijs vivendi, ac Religiosos nostros vestiendi, destitutis Domibus, plurimaque damna praesenti revolutione perpessis, ex jnnata Sibi pietate dignaretur, Dominis suis Officialibus, Fisco, Ministris, vel quocunque nomine vocitatis Dignitates tenentibus et honores, gratiosissime comittere, serioque praecipere, ut erga annexam fundationum Notam A, obligati sint, manibus singularum Domorum Superiorum erga solitam Quietantiam, ibidem annum censum in parato aere, numerare, tradique facere; hancque pauperrimam Vice-Provinciam Nostram, cum suis Domibus, Residentijsque et Personis benigne protegere gratiaque sua in jntegro conservari, mihi autem Salvum Passum pro jnvisendis Domibus extradari mandare. Super quibus benignam praestolari Resolutionem, omnia quaeque prospera, pro communi Bono Regni erga jntentum altissime titulatae Excellentiae Vestrae, devoventes permanemus Ejusdem Excellentiae Vestrae. Humillimi Servi et Capellani Clerici Regulares Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Vice-Provinciae Hungariae. m. p.

Kivül. Ad Excellentissimum ac Illustrissimum Dominum Dominum Comitem Nicolaum Bercsény de Székessy, Serenissimi Principis Domini Domini Francisci Rakótzty de Fölső-Vadász, Hungariae utriusque Ordinis Militiae Supremum Generalem, Dominum gratiosissimum Humillima Instantia Religiosorum Scholarum Piarum jnfrascriptorum.

Bercsényi gróf válasza.

Resolutio indorsata: Prouti Fundationes, et pia Legata interturbare non cupio, ita neque proventus erga eosdem pendi solitos praepedire volo. Verum ex quo nec militia modo belligerans Suam accommodationem ita punctualiter, uti oporteret, habere queat; ea propter infra notatis quoque Reverendis Patribus Instantibus ad tempus, uberioris fiendae rectificationis ad huc modicum praestolari oportebit, usque dum scilicet Fiscalitatum Officiales (qui eorsum jam etiam certificati sunt) de suis inspectionibus informationem necessariam praestiterint. C. N. Bercsényi m. p.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 54–55.

35.

1705. **Mattyasovszky László nyitrai püspök alapítványt tesz a nyitrai nemesi konviktusra.**

Extractus Codicilli Intuitu Convictus Nobilium Nitriensis Fundati ab Excellentissimo Illustrissimo ac Reverendissimo Domino *Ladislao Mattyasovszky* Episcopo condam Nitriensi et per Regnum Hungariae Aulae Cancellario.

Si quidem compererim in nonnullis Comitatus Hungariae signanter Liptoviensi, Trenchiniensi, Thurocziensi, Scepusiensi et Arvensi numerosam Juventutem Nobilitarem haeresi infectam reperiri et potissimum hac de causa, quod post scholas triviales, ex defectu mediolorum, studia sua continuare non valeant, et huic indigentiae pro modulo meo ut succurram, Juventusque ejusmodi haeretica ad Scholas Catholicas invitetur, relinquo pro uno Seminario sub cura PP. Piarum Scholarum Nitriae erigendo, aureos in specie sex mille pro intertentione similium Nobilium Juvenum egentium. Qui quidem Juvenes, si usque ad Syntaxim et Grammaticam converterentur, similes Rhetoricam etiam in eodem Seminario absolvere poterunt (si tamen virtuosi et bene studentes fuerint) Si autem spes modica in iis convertendis affulserit, vel etiam discoli et minus virtuosi fuerint, neque usque ad Syntaxim permittantur in Seminario. Onero autem conscientias PP. Piarum Scholarum, ne proventus hujus foundationis praeter intertentionem dictorum Juvenum alio convertant. Actum Meuse Aprili Anno 1705.

L. S. Georgius Gillányi Ep. Noviensis, Custos et Canonicus Strigoniensis.

Másolat. Hist. Convictus Nobilium Nitriensis L. I. p. 14.

36.

1705. aug. 29. **Balassa Pál a nyitrai piaristák temploma részére ezüst tárgyakat hagyományoz.**

Reverendi Patres Scholarum Piarum Collegij Nitriensis, salutem cupitans precor, uberemque Dei benedictionem.

Sunt nonnullae etiam successivis temporibus argentea pro Templo deservientes, ac Reverentijis Vestris designatae apud me res; et cum omnibus alijs, tam legata, quam designata per manus exolverim, horatimque tempus resolutionis meae iustaret, cui illa consiguanda suo

sincero judicaverint, perscribant, si earundem literae me in vivis reperint. His me in Sancta Sacrificia, pias preces, et opera, tam viveus quam moriens transcribo, manendo Reverentiarum Vestrarum Confrater, cinis adhuc animatus, jam jam exanimandus. Paulus Balassa de Gyarmath m. p. Tyrnaviae die 29 Augusti 1705.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 58.

Kivül: Reverendis Patribus Piarum Scholarum Collegij Nitriensis, Patribus in Xto honorandis. Nitriam.

37.

1708. jan. 18. XI. Kelemen pápa a nyitrai piaristáknál fenálló Sár-lós-Boldogasszony cz. társulat tagjainak bucsut engedélyez.

Clemens PP. XI.

*Ad Perpetuam Rei Memoriam.* Cum sicut accepimus in Ecclesia Collegij Clericorum Regularium Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatorum Civitatis Nitriensis, et in ea ad Altare Visitationis Beatae Mariae Virginis Immaculatae una pia et devota utriusque sexus Christifidelium Confraternitas sub titulo ejusdem Visitationis Beatae Mariae Virginis Immaculatae, non tamen pro hominibus unius specialis artis, canonice erecta, seu erigenda existat, cuius Confratres et Consorores quam plurima pietatis et charitatis opera exercere consueverunt. Nos ut Confraternitas huiusmodi maiora in dies suscipiat incrementa, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri ac Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui dictam Confraternitatem in posterum ingredientur, die primo eorum Ingressus, si vere poenitentes, et confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, plenariam. Ac tam descriptis, quam pro tempore describendis in dicta Confraternitate Confratribus et Consororibus, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si vere poenitentes, et confessi, ac Sacra Communionem refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore, si poterint, sin minus, corde devote invocaverint, etiam plenariam. Ac eisdem nunc, et pro tempore existentibus dictae Confraternitatis Confratribus, et Consororibus etiam vere poenitentibus, et confessis, ac Sacra Communionem refectis, qui praefatae Confraternitatis Ecclesiam, seu Capellam, vel Oratorium die festo principali dictae Confraternitatis per

Confratres semel tantum eligendo, et ab Ordinario approbando a primis vesperis usque ad occasum solis diei huiusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum Principum Concordia, haeresum extirpatione, ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper dictis Confratribus et Consororibus vere pariter poenitentibus et confessis, ac Sacra Communione reffectis, Ecclesiam, seu Capellam vel Oratorium huiusmodi in quatuor alijs anni feriatis, vel non feriatis, seu Dominicis diebus per memoratos Confratres, pariter semel tantum eligendis, et ab eodem Ordinario approbandis, ut supra visitantibus et ibidem orantibus, quo die praedictorum id egerint, septem annos et totidem quadragenas. Quoties vero Missis et alijs Divinis Officijs in Ecclesia, seu Capella, vel Oratorio huiusmodi pro tempore celebrandis et recitandis, seu Congregationibus publicis vel privatis eiusdem Confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, vel etiam qui Corpora Defunctorum tam Confratrum, et Consororum huiusmodi, quam aliorum ad Sepulturam associaverint, aut quascumque Processiones de licentia Ordinarij faciendas, sanctissimumque Eucharistiae Sacramentum tam in Processionibus, quam cum ad Infirmos, aut alias ubicumque, et quomodocumque pro tempore deferretur, comitati fuerint, vel si impediti campanae ad id signo dato semel Orationem Angelicam dixerint, aut quinquies Orationem et Salutationem easdem pro Animabus Defunctorum Confratrum, et Consororum huiusmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, et Ignorantes Praecepta Dei, et ea, quae ad salutem sunt, docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet praedictorum operum exercitio, sexaginta dies de iniunctis eis, sive alias quomodolibet debitis poenitentijs in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut si alias dictis Confratribus, et Consororibus praemissa peragentibus aliqua alia Indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, praesentes nullae sint, utque si dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata iam sit, vel in posterum aggregetur, aut quavis alia ratione uniat, vel etiam quomodolibet, instituatur, priores, et quaevis aliae litterae Apostolicae illis nullatenus suffragentur, sed ex tunc eo ipso nullae sint. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII Januarij MDCCVIII Pontificatus Nostri Anno Octavo.

L. S. Scuole Pie.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára. Ugyanily bucsut engedélyezett XIII. Kelemen pápa 1760. máj. 17-én kelt brevejében, a sz. László királyról czimzett új templomban létező *Szentháromságról* nevezett vallási társulat tagjai számára is.

38.

**1709. márcz. Rendfőnöki hivatalos látogatás és ezen alkalommal hozott rendeletek.**

In Nomine Domini Amen.

Postquam P. Andreas a Conversione S. Pauli Vice-Provincialis Domum Prividiensem visitasset, et ad initium Marty anni praesentis infrascripti finivisset, nonnullaque, praesentium miserabilium temporum bellicorum necessitate ita exigente, cautela ordinasset, redux dein quibusdam casibus praevidisset et assumpto in secretarium P. Eustachio a SS. Trinitate, cubicula, ut moris est, visitasset, ad visitandum vero cubiculum nunc memorati P. Eustachij in testem P. Petrum a S. Paulo adscivit, exindeque in iisdem necessitatibus hancce Domum nostram Nitriensem existentem, quas alibi expertus fuerat, reperisset; eatenus praeterita satagens abolere, praesentibus prospicere, futurisque providere, ut, quantum fieri pro praesenti statu posset, quo cum saecularibus cogimur in eadem Domo cohabitare, regularis observantia et disciplina exerceatur, sequentia statuit imposterum servanda

1. In recipiendis Externorum quorumcunque Depositis, signanter pecuniarijs, servetur exacte Bulla Clem. VIII. proinde, si quaequam apud aliquem essent in privatis cellis ejusmodi Deposita, aut Clenodia, ex nunc aut ad communem Cassam Domus deponantur, vel vero Deponentibus restituantur. Et siquidem adcitata Bulla Superioribus sustulisset facultatem concedendi pecuniam in privatis cellis tenere aut conservare; si quisquam sub praetextu ejusmodi facultatis aliquod peculium penes se haberet, ex nunc ad communem cassam deportetur sive illa scholastica esset, sive congregationis sub poenis proprietariorum Can. Poen. Cap. 6. Ex post autem nulla Deposita similia absque praescitu Superioris recipiantur, sub iisdem poenis.

2. Siquidem non valeremus a saecularibus adhuc Domum eliberrare, serio inhibetur, ne ullus praesumat eorundem cellas ingredi, tanto minus cum iisdem ibidem conversari et bibere sine expressa Superioris facultate, sub poena gravi Can. Poen. Cap. 3. Nec ad sua conclavia foeminas, quantumvis honestas, sub praetextu revidendarum



rerum, admittant, aut quocunque alio sub colore, sed jubeant foris expectare, ibidemque res suas revidere.

3. In casu confusionis propter hostiles tumultus, quos D. T. O. M. Princeps pacis avertere dignetur, cum necessitas legem non habeat, et latam destruat, ita Deposita externorum recipiantur, ut singulorum, cum Nomine deponentis, in charta describantur; quoad foeminas vero ad nostra Conclavia admittendas, ita tali infausto necessitatis casu fiat, ne solus cum sola sit, et quantocius expediatur. Praemoneantur autem Deponentes, si quidpiam absque nostra culpa deperderetur, nequaquam nos obligatos, aut quempiam nostrum fore obligatum ad resarciendum damnum. Actum Nitriae 15 Martij 1709.

L. S. Andreas a Conversione S. Pauli Scholarum Piarum per Hungariam N. Provincialis m. p.

Eustachius a St. Trinitate Secretarius de mandato m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

39.

**1711. jan. 1. Filo Fülöp és neje Sági Judith alapítványt tesznek a nyitrai kollegium javára.**

In Nomine Domini Amen.

Ignatius a S. Joseph. Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum per Hungariam Praepositus Vice-Provincialis. Recognosco per praesentes Nomine, et in personis Domus Nostrae Scholarum Piarum Nitriensis de Assensu quoque et Consensu Patrum ad hoc adhibitorum, quod florenos ducentos a Nobili ac Generoso Domino Philippo Filo cum charissima sua Domina consorte, itidem Nobili Juditha Sági nuncupata, oblatos in Nomine Domini acceptaverim . . .

In fidem horum hasce fassionales, et obligatorias Sigillo Nostri Officij consueto, confirmo et ratifico. Actum Nitriae in Domo Nostra Scholarum Piarum ad Sanctum Ladislaum. Die 1-ma Januarij Anno 1711.

Eredeti. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.

40.

**1711. szept. 3. A nyitrai kollegium peticziói az 1711. évi tartományi gyűléshez és az azokra adott válasz.**

Punctis Capituli Localis Nitriensis a Capitulo Provinciali responsa.

Anno Domini 1711 Nitriae in Capitulo Locali 3. Septembris Prae-  
side R. P. Petro a Sto. Paulo Domus praeattactae Nitriensis Rectore  
canonice habito Patres capitulariter congregati et praevis Spiritus S.  
gratia implorata, quae in Domino judiacaverunt Capitulo Provinciali  
discutienda praesertare, sunt ordine, quo sequuntur.

1. Archivaria pro Domibus Rectorisatis, ut secundum decesionem  
Cap. tam. Gen. quam Prov., procedatur, in omnibus iuxta statutum  
Cap. Gen. 1659. P. Vice-Provincialis copiare tenetur. R. Satisfiet per  
R. P. Vice-Provincialem.

2. Asteriscus Synopsis Gen. pag. 25 ad N. 10. intelligitur de  
non facile admittendis ex parentibus acatholicis; ex quo solo rite  
admissos et de religione bene meritos, usu ipso Romanae ecclesiae  
teste, nemo inhabilitare potest ad vocem activam et passivam. R. Cen-  
sentur per Professionem dispensati.

3. De sola Romana facultate pecuniam Fundationalem cum di-  
spendio et magna religionis ruina una persona inconsultis aliis erogare  
non potest R. Non posse, nisi sine consensu domestici Capituli.

4. Judicantur Patres, unum eligendum ex nostris vel Germanae  
Provinciae, vel Vice-Provinciae Hun. qui Viennae resideret, et in Aula  
legalis interesse ac Fundationum actorem ageret sumptibus Vice-Pro-  
vinciae R: Admittitur.

5. Domus Nitriensis turbulento rerum statu desolata et Interes-  
salis Tributi ob malam pecuniae elocationem expes Taxae Romanae  
petit dispensationem. R: Remittuntur omnes restantes, in posterum  
autem dandum, quantum potest.

6. Instant praefatae Domus Patres, in summa necessitate consti-  
tuti, ut pro subsidio Benefactorum singularium et Patronorum recipi  
filij possint ad Collegium extra Collegium mensam habituri. R: Negative.

7. Pia Fundatio Episcopalis in recipiendo Convictu Nobilium, ne  
in manus deveniat aliorum A. R. P. Provinciali Romae impetranda  
humiliter praesentatur, cum ita decisum est Cap. Gen. 1637. R: Com-  
mittitur urgenda P. V. Provinciali.

8. Cum Fama vitae aequiparatur, instat iterato Cap. Locale  
Nitriense, ut infamatores sive subjectorum, sive superiorum Romae  
vel alibi, non facta apud judicem primum instantia, serio inhi-  
beantur, ac praetergressi expost puniantur poenis ad id expressis in Cap. XI.  
Can: Poen: R: Puniantur pro qualitate delicti.

Gregorius a St. Martino Rector Slacovendensis et Capituli Secre-  
tarius m. p.

41.

1716. Szlopnyai János és fia Elek, a piarista rend tagja, a kollegium részére 800 frt alapítványt tesznek. Status Domus Nittr. Anno 1738.

42.

1717. Kosztka István 500 forinttal gyarapítja a kollegium alapját. Status Dom. Nittr. Anno 1738.

43.

Puncta Capituli Localis Nitriensis in Capitulo Provinciali proposita Nicolsburgi 2. Octobris 1717 et simul ejusdem Cap. Prov. ad eadem Puncta Responsa.

1. Ut in Residentiis, in quibus de sufficientibus medijs vivendi providit Fundator, et mendicationem prohibitam esse voluit, tum Superiores, tum inferiores a mendicationibus abstineant: et deputetur certum quantum a P. Vice-Provinciali pro annua cujuslibet personae intertentione, pro ratione loci et temporis; reliquum sub custodia duorum Patrum asservetur in aedificium convertendum, mensaeque ad normam Collegialem restringantur sub poena pariter per Capitulum deputata transgressoribus infligenda. R: Integre servandum.

2. Ut Ex-Rectores, Ex-Superiores adigantur ad labores communes scholasque docendas, ubi necessitas postulat sub poena per Capitulum determinanda, renuentibus infligenda et quisque paratus sit absque omni discrimine, quamlibet classem etiam infimam necessitate exigente docere, esto antea altiorem docuisset. R: Si necessitas postulet, et vires suppetant, sunt adigendi.

3. Ut Rhetores, Poetae et Aritmetistae separatam possint habere instructionem spiritualem tempore Catechesis. R: Committitur ordinatoni P. Vice-Provincialis.

4. Ut Theses Scholasticae non sub nomine nostrorum sed sub Titulo Familiae Sacrae, aut alius Sancti, quem repraesentant, producerentur. R: Fiat secundum consuetudinem Vice-Provinciae.

L. S.

Innocentius a S. Clemente per Germaniam et Hungariam Praepositus Provincialis m. p.

Julianus a St. Paulo Rector Savensis et Capituli Provincialis Secretarius m. p.

44.

**1717. Péneyi báróné szül. Eszterházy Katalin végrendeleti hagyatéka a piaristák nyitrai kollegiuma javára.**

Extractus primi Testamenti.

Nittrán lévő Pater Piaristáknak hagyom Ürményi portiómat két szőlővel és mostani vetéssel, melyet Balassa Zuzannatul birunk Záloghban Ezer három száz forintban, ehhez adassék Surány Jószághom árából két száz forint, és így az capitalis leszen Ezer Tallér pro perpetua fundatione, olly okkal, hogy minden Héten egy missét és in Anniversario nostri koporsó körül éghő Gyertyákkal, énekes Missét tartozzanak ell végezni. Hoc approbatum est.

Másolat. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.

45.

**1719. A Sarlós-Boldogaszszonyról czimzett társulat töredelmességi és jótékonyági cselekedeteiből néhány szemelvény.**

1719. Pro mense Decembri.

1. Quidam de nocte ante fores templi etquidem hyemis tempore Rosarium B. V. et reliquas preces suas sub Cruce patientissime persolvit.

2. Alius in honorem Christi patientis rigidissimo se exposuit frigori.

3. Alius in nudo assere per integrum quadrantem se mortificavit.

4. Alius a cibo, quem maxime appetijt, abstinuit.

Pro mense Januario.

1. Quidam blasphemantes bonis modis retraxit a blasphemijs.

3. Alius in honorem B. V. iteratis vicibus terram nudam deo seculari non cessavit.

4. Alius totam noctem Cilicio cinctus trausegit.

Pro Martio.

1. Quidam in honorem B. M. nocte tota in nudo stramine cubuit.

3. Alius a Curiositatibus, quas exercere potuit, abstinuit.

Pro Aprili.

1. Quidam vexas patientissime sustinuit.

2. Alius in nuda terra cubuit per spatium unius quadrantis.

4. Alius charitate ductus propriam vestem peregrinanti pro quiete nocturna cessit.

Pro Majo.

6. Alius in honorem B. V. in cilicio 4-ter noctavit, idem 3 diebus se abstinuit a carnibus.

9. Alius in honorem B. V. M. obtulit mendico Panem, ubi solus non habuit sufficientem.

Pro Julio.

1. Quidam in honorem 5 vulnerum Christi tempore vespertino per unum quadrantem exposuit nudos pedes ad mordendum culicibus. Item urtica genuum tenus pedes suos mortificavit.

5. Quidam ad mediam noctem sub capite lapidem servavit.

A nyitrai gymn. levéltár. Protoc. Sodalitatis Marianae.

46.

1723. okt. 5. A nyitrai kollegium peticziói az 1823. évi tartományi gyűléshez és az azokra adott válasz.

Puncta Capituli Localis in Collegio Nitriensi Anno 1723 habiti Capitulo Provinciali in Hungaria celebrato porrecta, ab eodemque declaranda et decidenda tenoris subsequenteris:

1. Cum contingat, Patres subinde ante decennium professionis promoveri ad docenda humaniora vel speculativa, insinuandum venit I-o: utrum taliter promoti teneantur ad Lectoratum mensae? Observavit etiam Capitulum Locale scripturam et arithmeticam ab aliquot annis non fuisse promotam Zelo et tenore in constitutionibus praescripto.

2. Unde II-o: utrum hic zelus et diligentia major in exercendis vel maxime Novitjs debeat continuari, a congratis Provinciae Patribus quoad Religionem nostrae et Provinciae propter futuram commendationem Patres Locales praestolant decisionem.

R. ad I. Rhetorices Professore, si clericus sit, vi regularum teneri, sacerdos committitur discretioni superiorum, Philosophiae et Theologiae Professoribus penitus exemptis. R: ad II.: Debere vigere.

3. Non contemnendum etiam in decesionem venit exercitium linguae Graecae. R: Viva voce conclusum est: observandum exposit exercitium linguae Graecae in scholis nostris saltem quoad lectionem.

4. Professores speculativi instant pro nonnullis Privilegijs exposit majori cum reflexione intuitu laborum dispensandi et ut observata ad

praesens studiorum promotio exposit etiam in suo cursu maneat, insinuanda venit. R: Negative, si tamen media sexta hora studia inchoentur, ultimus quadrans meditationis matutinae eisdem dispensatur.

5. Relaxatio quaequam respectu studentium quoad communia Religionis nostrae exercitia et hoc dumtaxat respectu studentium illorum qui docent. R: Studentes ejusmodi bis intra hebdomadam diebus Lunae et Sabbathi a meditatione matutina post praelectam meditationis materiam dispensantur.

6. Ex quo puncto sequi videtur, an videlicet studentes nostri possint habere recreationes non coincidentes aut coincidentes cum studiosis Gymnasij R: Negative, nisi necessitas dependens a favorabili Superiorum decisione postulaverit.

7. Pro cursu communis boni insinuandas etiam censuit Cap. Locale Declamationes et Actiones a Magistris et Professoribus quotannis producere debere vel maxime verum exercitia scholastica, ut ex iisdem publice producendis tum Magistrorum diligentia, tum profectus discipulorum pateat. R: Hoc punctum servandum decisum est. Insuper omnium scholarum exercitia a magistris praesertim a Professoribus dictata in fine anni Patri Provinciali aut ab illo deputandis revidenda praesententur.

8. Quia vero sine Classicis Autoribus vix haberi poterit, Cap. Locale in considerationem penitorem ponit, quatenus quilibet Superior in sua residentia tenetur procurare quantotius Autores tales, qui sunt principaliter necessarii, uti sunt Classici, speculativi, nonnulli historici et controversistae. R: Libros necessarios et aptos procurandos unanimiter deciserunt Patres Capitulares.

9. Praeterea sunt aliqui, qui a publicis recitationibus scholasticis tam humanioribus, quam speculativis sese subtrahunt aut penitus exemptos volunt, cui ut obvietur, ponit declarandum: an ad publicas disputationes omnes nostri comparere teneantur. R: Obligantur omnes.

10. Quae recitationes per fusas etiam Theses pro maxima Religionis nostrae commendatione in primum haberent pondus. Sed hoc nonnisi quoad nostros studentes. R: Per calculos 13 ex 14 favoribiles censuerunt sub fuis Thesibus instituendas defensiones. Non impediri tamen Patrouos sponte sese offerentes.

11. Hoc autem punctum ut illimitandum (si ita Patribus Provinciae bene visum fuerit) in suo vigore maneat, statuendi et nominandi veniunt quantotius Theologiae Professores pro uno eodemque cursu decurrendo. R: Providebuntur quantotius.

12. Detegendum etiam occurrit punctum de Paupertate an videlicet intra laesionem Conscientiae sine scitu Superiores liceat 2. ad

summum 3. rhenenses servare. Vel an plus vel minus vel absolute nihil? R: Nihil penitus.

13. Punctum insinuat officia plura pluralitatem personarum concernentia, utpote iuri communi dissonat, uni non esse tribuenda. R: Conclusum est, Praefectum Scholarum debere a P. Provinciali iudicio suorum assistentium constitui. Iidem de ceteris iudicium non dependentibus a dispositione P. Generalis.

14. Insinuandum iudicant Patres, an distinctum sigillum a sigillo Domorum et residentiarum nostrarum procurandum sit pro distinctis nostris Gymnasijs? R. Debere procurari pro Gymnasijs quidem sub Titulo v. g. Sigillum Gimnasij Nitriensis.

15. Quae Gymnasia, ut meliorem in profectu studiorum et progressu virtutum cursum habeant, commendanda venit oratio, quae dicitur continua hic Nitriae necdum practicata et haec in scholis, cum Ecclesiam non habeamus. R: Omnino fiat.

18. Spiritualem lectionem in Poesi nec non in Rhetorica ultimo quadrante scholarum observari est necesse. R: Observetur inviolabiliter.

19. Tandem non siue consideratione ponunt Patres Locales, cum optimam debeat habere P. Noster Generalis notitiam illorum, qui promovendi sunt in Provincia ad officia publica, supplicatur hoc punctum per Cap. Provinciale Romae porrigendum, quatenus in posterum P. Noster Generalis a P. Provinciali cum Assistentibus suis et praeterea a tribus vel quatuor antiquioribus Provinciae Patribus ita tamen, ut unus de alio nesciat, requirat informationem de hujusmodi promovendis R: Promovendum et pro eodem supplicandum Romae.

22. Ultimo pro nostrorum studentium majori tum profectu spirituali, tum studiorum progressu ponitur punctum, quatenus temporibus designatis clerici nostri tempore communis recreationis tum de suis studiis coram certo ad hoc deputando discurrant, tum spiritualem collationem saltem bis per hebdomadam habeant. R: Ultimatum cum unanimi Patrum Capitularium consensu affirmative conclusum est.

Datum Nitriae 5. 8-bris 1723 Ladislaus a S. Joanne Bap. Rector m. p. etc. Paulus a S. Petro Vocalis et Secretarius Capituli mp. etc.

L. S.

Leonardus a S. Eustachio Provincialis, Paulus a S. Petro, Vocalis Nitriensis et Secretarius Cap. Provincialis.

A nyitrai k. r. ház levéltára. Lib. Cap. Gen. Prov. et Loc.

1723. decz. 16. Hunyady László 1000 forintos alapítványt tesz a nyitrai collegium részére.

Nos infra scripti damus pro memoria, significantes quibus expedit Universis. Quod posteaquam ex inscrutabili Divini Numinis Dispositione Illustrissimum condam Dominum Ladislaum Hunyady, Personalis Praesentiae suae Majestatis Sacratissimae Regiae in Judicijs Locumtenentem, et Consiliarium Patrum quippe nostrum desideratissimum ex hac mortali, et temporanea vita, ad aeternam et immortalem transire et transferri contigisset, Idemque dum adhuc in humanis ageret, complura Pietatis et Misericordiae, ac Sacrae Eleemosinae opera vita sua comite ad sacra quaevis Loca, ac in Personas miserabiles largiter omnino et liberaliter expendisset, uti palam omnibus constaret; sed et novissime ante mortem quippe suam in Anno adhuc 1720 per certam Fassionem suam perennalem et Authoritatem respectu universorum Bonorum tam mobilium, quam immobilium pro parte nostri factam, unice et quoad sola pia Legata pro refrigerio Animae suae facultatem disponendi sibimet reservasset, talemque dispositionem suam nobis in certa Signatura tenore ejusdem Fassionis tradendam instituisset et declaravisset . . . et si quidem ex eadem ordinata Summa Venerabile Collegium RR. Patrum Piarum Scholarum Sancti Ladislaj Nitriensis Summam Florenorum Rhenensium Mille, id est fl. 1000 per nos eidem effective dinumeratam a die et Anno Locove infra scriptis levavisset, perque levationem praedictae summae eandem etiam acceptasset onusque eidem annexum in se assumpsisset . . .

In quorum omnium Fidem et firmitatem haec literas nostras Fundationales propriarum manuum nostrarum subscriptionibus et sigillorum nostrorum usualium appressionibus munivimus, praedictoquo Venerabili Collegio extradandas duximus. Actum in oppido Ürmin, Die decima sexta mensis Decembris Anno Domini 1723.

L. S. Stephanus Hunyady m. p.

Quod praeattactam summam Florenorum Mille pro parte Collegij Nitriensis levaverimus obligationesque secum trahentes omnino sponte et libere acceptaverimus, ad easdemque debito effectui mancipandas actualem ejusdem Collegij Rectorem P. Ladislaum a S. Janne Bapt. ac ejus successores omnes omnino in perpetuum adstrinxerimus, hisce manu propria subscriptis sigilloque Provinciae roboratis



recognoscimus et notum facimus. Actum in oppido Ürmény dje 16 Decembris 1723.

Leonardus a S. Eustachio S. P. per Hungariam Provincialis m. p. L. S. Ladislaus a S. Joanne Bapt. Assistens Provincialis et Collegij Nitriensis Rector m. p.

Eredeti. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.

48.

1723. Ordódi György 1000 forintos alapítványt tesz a nyitrai piarista kollegium javára. Status Dom. Nittr. Anno 1738.

49.

1727. Báró Sándor László 200 forintos alapítványt tesz a kollegiumra. Status Dom. Nittr. Anno 1738.

50.

1729. okt. 9. Vajay István alapítványt tesz a nyitrai kollegium tagjai részére.

Notum testatumque facio per praesentes, me die hodierna donasse Collegio Nitriensi Patrum Piarum Scholarum Florenos sexcentos id est flos 600. Ea cum conditione: Quatenus hujus Pecuniae Interesse flos utpote 36 circa Festum S. Georgij elocetur pro vino, et tempore Viudemiae comparetur tale vinum; Et ex eodem teneatur dare Pater Senior in Collegio, post prandium cuilibet Patri tria ordinaria vitra, Magistro duo, et Fratri duo. Donec autem attactos florenos sexcentos deposuero, Interesse me solvere exacte velle, praesentibus obligo. Dein istam meam ordinationem in aliud scriptum redacturus. Nitriae 9-a 8-bris 1729. Stephanus Wayaj m. p. L. S. Coram me Nicolao Birovsky Provisore Nitriensi m. p. L. S.

Eredeti. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.

51.

1730. A Sárlos-Boldogasszonyról czimzett társulat alapszabályai.

*Leges Sodalitatis sub Titulo B. Virginis Elisabeth visitantis Nitriae Apostolica Auctoritate erectae et confirmatae Noviter descriptae per*

*Joannem Koller Congregationis Secretarium Anno Domini 1730 sub Praesidatu P. Adolphi a S. Benedicto.*

Ad Majus Pietatis Incrementum Leges sodalitatis B. M. V.

Quis est finis hujus congregationis? R. Est virtus pietasque Christiana et in literis progressio.

Quis dicendus est sodalis marianus? R. Is, qui colit B. V. observando omnes leges sodalitatis B. V. M.

Quae sunt leges sodalitatis B. V. M.?

Lex 1-ma.

Beatam Virginem post Deum praecipue honorare, ejus Virtutes imitari et in alijs promovere per te et per alios, quantum fieri poterit, studeas.

Lex 2-da.

Officialibus Congregationis, praesertim Rectori, Praesidi alijsque ad sodalitatem spectantibus officialibus obedientiam exhibe.

Lex 3-ia.

In primo sodalitatis ingressu generaliter de tota vita vel ab ultima generali confessione confitetur et communica, nisi confessarius aliter judicet; — deinde votiva oratione B. M. V. te consecra.

Lex 4-ta.

Singulis quatordecim diebus stabili confessario confitetur et communica singulis mensibus, festis in Nativitate, Paschate, Ascensione, Pentecoste, B. M. V. majoribus, omnium Sanctorum Apostolorum et Joannis Baptistae.

Lex 5-ta.

Post sacram communionem orando ad minimum quadrantem in gratiarum actionem pro tanto beneficio persiste.

Lex 6-ta.

Officium B. M. V. magnum Dominicis festisque diebus (quando fieri potest) ea qua par est, devotione persolve: Sacro quotidie, si

feri poterit, decenter intersis et Rosarium, gratissimum magnae matris munus, quotidie recita.

Lex 7-ma.

Mane honeste indutus, gratijs actis, omnipotenti Deo pro universis beneficiis, praesertim pro custodia noctis, invocatis S. Patronis tuis, fac intentionem pro tota die omnia nimirum tua cogitata, dicta et facta ad Dei gloriam Virginisque sine labe conceptae, nec non tuorum Sanctorum Patronorum (quos illa die invocabis) honorem offeras, quam saepius de die v. g. ad sonum horologij vel ad summum sub pulsu campanae salutando B. V. renovabis.

Lex 8-va.

Quolibet mense unum sacrum audies et unum rosarium dices pro Sodalibus vivis et Benefactoribus tuae congregationis, alterum vero sacrum et rosarium pro defunctis Sodalibus et Benefactoribus ejusdem Congregationis.

Lex 9-na.

Consodales tuos, quos fraterno amore prosequeris, utpote ejusdem Matris Mariae filios, orationibus vivos ac praesertim mortuos Deo Virginique matri devote commendabis.

Lex 10-ma.

Ut ubique boni christiani odorem spargas, mensam unonisi praemissa benedictione accedes, et ab ea facta gratiarum actione recedes, nec studia inchoabis, priusquam Spiritus S. gratiam invocaveris.

Lex 11-ma.

A mandacijs, juramentis, blasphemijs, turpibus dictis alijsque his similibus abstine (ne peccato alieno te obstringas) si quid horum in aliis adverteris, Praesidem admone, in vestibus compositus, in loquela verecundus, alios verbis et exemplo aedifica.

Lex 12-ma.

B. V. prae reliquis Sanctis cole, Sanctum Angelum custodem,

Sanctum, cujus nomen in baptismo suscepisti, Sanctum Joannem Baptistam, Sanctos item menstros, quorum observa dies, quotidie invoca, sententiam Patrono mensis subscriptam saepius mente revolve et pro inscripta intentione ora.

Lex 13-cia.

Singulis Dominicis festisque diebus in Oratorium congregationis convenias, nomen tuum in Tabula signes, genu flexo saluta B. Virginem, ad tuum te confer locum, ibi modeste sedens, tuae lectioni spiritali attende: nec sine licentia Praesidis ante finem abscede.

Lex 14-ta.

Si a conventu abfuisti, ante ostium te excusa, ob violatas leges poenitentiam in conventu genu flexo expete; secreta dicta vel facta ne foris proferas.

Lex 15-ta.

Sodalem aegrum visita, et de eodem Praesidem admone, ut sacramentis Ecclesiae muniatur, pro eo ora, si mortuus fuerit, ad sepulchrum comiteris, pro eo sacrum audi, officium defunctorum et rosarium recita, pariter per octo dies psalmum: *De profundis* cum oratione pro eo dicas.

Lex 16-ta.

Discessurus admone Praesidem, pete testimonium, ut et alibi sodalem te profitearis, vitam et virtutem magnae matris ubique imitando.

Protocollum Sodalitatis Marianae pp. 50 52.

A társulat törvényeinek első szövegezését, melyre itt ezelzés történik, nem sikerült feltalálnom. Valószínűleg egy időben szerkesztetett a társulat megalakulásával a XVIII. század első éveiben. Azon szöveg, melyet dr. Csösz Imre *A kegyestánítórendiek Nyitván* című munkájában (159—162. l.) közöl — a bevezetéstől eltekintve — Palugyay Imre nyitrai püspök által e század 50-es éveiben a trencsényi gymnasiumban új életre hívott társulat alapszabályaiból van véve. V. ö. *Leges Sodalitatis Beatae Mariae Virginis et Praecepta Congregationis Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis in Gymnasio Trenchiniensi Pietate et Munificentia Exc. Illustr. ac Reverendissimi D. D. Emerici Palugyay. Posonii 1855. Typis A. Schreiber.*

1733. január 3. A collegium előljáróságának a collegium tanulóinak elsőbbsége ügyében tett felterjesztésére a megyés püspök részéről hozott határozat.

Ad postulata RR. PP. Piarum Scholarum respectu ordinis ac praecedentiae, inter Clericos, et saecularem studiosam Juventutem, Nittriae observandorum.

Determinatio Episcopalis cum suo Capitulo.

Postulatorum membrum primum, ut nimirum in ordine scholastico, Clerici, secundum diversitatem Classium Syntaxistae, post Syntaxistas, Poëtae post Poëtas et Rhetores post Rhetores ordinem suum teneant, et Primatum habeant; quotiescunque praerecensitae classes, distincta sua loca, seu scholas, distinctosque Praeceptores habuerint. Quamdiu autem Rhetorica cum Poësi eundem locum, unumque et eundem Magistrum habuerit, ordo hucusque practicatus, ulterius quoque observetur; nimirum: ut Syntaxistae quidem Clerici, cum Syntaxistis, (cum essent in diversa schola diversoque sub Magistro) Poëtae vero cum Rhetoribus (siquidem essent in eadem schola, et sub uno, eodemque Professore) praecedant simul ultimi, post Rhetores, ante Magistrum.

Membrum secundum quoad praecedentiam Magnatum, idest: Comitum et Baronum, antiquiorum familiarum, etiam placidatur, nisi ex Clericis quoque contingeret, aliquando quempiam esse Magnatem.

Membrum tertium quoad ordinem Sodalitatis. Siquidem hoc in Puncto, diceretur esse difficultas, idcirco, quemadmodum hactenus usque, nimirum Annum Scholarem proxime praeteritum; ita et a modo imposterum maneat ordo observatus; videlicet, ut in exitu ex Oratorio ad Ecclesiam, praecedant omnes sodales saeculares, ex post sequantur Clerici, simul, suo ordine, post hos (si qui aderunt) Magnates, ut supra; ac demum Praeses cum Vice-Rectore congregationis, sive jam hic Clericus fuerit, sive Saecularis.

Datum ex Residentia Episcopali, Nittriae Die 3-a Mensis Januarii Anno 1733.

Ladislaus Adamus C. Erdőly Episcopus Nittriensis m. p.

L. S.

Capitulum Nittriense.

L. S.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

53.

1733 szept. 14. Jancsovics János érsekujvári plebános végrendeletileg 100 forintot hagyományoz a nyitrai kollegium javára. Status Dom. Nitr. 1738.

54.

1737. Butsi Ignác n.-szombati polgár 100 forintos alapítványt tesz a nyitrai kollegium javára. Status Domus Nitr. 1782.

55.

### 1738. Iskolai törvények.

#### Leges Scholasticae.

*Primo.* Quicumque Gymnasium hocce frequentare intenderit, omnia Virtutum specimina praeseferat, a verbis obscenis, scurrilibus, blasphemis, increpatoriis, iniuriosis, non absimiliter a fumigatione tabacae abstinendo, observando pariter vestitum proportionalium et competentem modum signanter in Pileis, sed tanquam Nostri Scholares tum verbo, tum exteriori corporis compositione, alijs bono exemplo praelucendo.

*Secundo.* Competentem omnibus statibus exhibeant reverentiam, praecipue DD. Capitularibus, Parochis, Religiosis, Civibus, ut sic aestimationem, non aversionem omnium consequantur, semetipsos etiam competenter honorando.

*Tertio.* Nemo sine scitu suorum Moderatorum a Scholis se absentabit; si quis vero pluribus diebus abesse velit, cum scitu P. Praefecti faciat, si autem contingat abesse ad summum sex diebus sine scitu, sciat, se ad Scholas amplius non admittendus.

*Quarto.* Sacram Confessionem et Communionem quolibet Mense devote et bene praeparati (juxta P. Praefecti Praemonitionem) accedent; si qui tribus Mensibus confessiones menstruas non peregerisse reperti fuerint, sciant, se a Scholis amandandos.

*Quinto.* Nocturnas vagationes, computationes, saltus, rixas cauponias vitabunt, et ungue, si qui post tempus competens in hospitio reperti non fuerint, verum in suspectis ac prohibitis locis conversari deprehendantur, aut deferantur, noverint primo praemonendos, si non abstinerint, sicut pro nunc omnes praemonentur, illico propudiosam

ejectionis poenam subituros; non absimiliter, qui in Vineis, Vicis, nundinis, hortis grassati fuerint, et Dominis Civibus damna intulerint, ac alijs locis furta commiserint, eidem poenae subjicendos.

*Sexto.* Armorum usus omnibus nemine excepto prohibetur.

*Septimo.* Balneatio, sicut et in glacie deambulatio vetita est.

*Octavo.* Si qui in portis Scholasticis, fenestris, fornacibus, scamnis damna causaverint, et in parietibus inscriptiones nominum, vel alias incisiones fecerint, gravi poenae subjicientur.

*Nono.* Clamores et tumultus tam in plateis, quam alibi cavebunt, sed maxima modestia se ad hospitia conferent, ordinem tamen servando ad finem aedificij Scholastici, tam mane post sacrum, quam vesperi finitis scholis.

*Decimo.* Praeceptores diligentem Discipulorum adhibebunt curam; si qui in suis functionibus segnes reperti fuerint, noverint se conditionibus privandos, ita et ij, qui conditiones sine scitu Patris Praefecti acceptaverint.

*Undecimo.* Sicut singulis sacro, ita orationi continuae praefinitis diebus juxta diversitatem classium e scholis ad Capellam deducti omnes devote intersint, summumque ut in scholis, dum adventum Magistri expectant, ita pariter in Capella, dum sacrum audiunt, silentium observent; ingressum insuper Sacristiae singuli vetitum noverint.

A nyitrai gymnasium levéltára. Cat. Juv. Lib. II.

56.

1739. aug. 1. Nagy János végrendeleti hagyatéka a nyitrai kollegium templomának építésére.

En Nagy János adom tuttára az kiknek illik, mivel hogy Istenben el nyugodott hitves tarsomnak edes Fia Tisztelendő Pater Piaristák között legyen, annak okáért az minémő kevés jószágom vagyon, ezen merégyes betegsígnek üdőiben ketsígés eletemnek meg maradásában legyek, azt azon T. Pater Piaristáknak hagyom egészen ugymint.

1ben. Hazamat, mely ugyan Benyovszki Uram szomszidtságában vagyon.

2sor. Harom Feldemet hagyom ugyan felül emlétet P. Piaristáknak, melyek közül egyike az Boldog Asszony út melliki kereszt Fanal, Benyovski Uram szomszidtságában, masodika Mogyorosban, mely ugyan Deli Mihál szomszidtságában vagyon. Harmadika Davarezanyban, mely ugyan Rudas és Janoska szomszidtsagokban vagyon.

3sor Hagyom Czermanyban Dezsericzki Uram szomszidtságaban lévő Retemet ugyan P. Piaristaknak.

4sor. Nemmásként szőlőimet melyek közül egyike uj, masika öreg, Pinczével edgyüt, az öreg vagyis Pinczes Pula és Kőnczik György szomszidtságokban vagyon, az uj pediglen Molnar Miskó és Bottyanij György szomszidtságokban.

5sor. Hagyom két lovamat, ugyan fellül említett P. Piaristaknak, minden szerszammal egygyüt.

6sor. Szekeremet és szenamat, mint az háznál és az szőlöben hagyom ugyan P. Piaristaknak.

7ser. Az szőlöben vannak hordok és kád és szőlöhöz való eszköz.

8sor. Az Gabonát hagyom szegenyeknek és szükölködöknek Lelkemért nem máskint Istenben boldogult hűtvös tarsom lelkiert.

Es mint ezeket hatta és rendelte fellül említet Nagy János Ti: Pater Piaristaknak egisséginek nem örülvén.

En előttem Székely Mihál Anno Domini 1739 dje 1-má Augusti. tulajdon kezemmel mp.

Fredeti. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.

57.

**1741. márcz. 6. XIV. Benedek pápa a piarista kollegium Sarlós-Boldogasszonyról cz. társulat oltárát kiváltsággal ruhazza fel.**

Benedictus PP. XIV.

Ad Futuram Rei Memoriam. Omnium salutí paterna charitate intenti, sacra interdum Loca specialibus indulgentiarum muneribus decoramus. Ut inde fidelium defunctorum Animae Domini Nostri Jesu Christi, ejusque SS. Suffragia meritorum consequi, et illis adiutae ex purgatorij poenis ad aeternam salutem per Dei misericordiam perducí valeant. Volentes igitur Ecclesiam Collegij Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Civitatis Nitriensis, et in ea situatum altare Confraternitatis Visitationis B. M. V. Immaculatae simili ad praesens privilegio minime decoratum, hoc speciali dono illustrare, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ut quandocumque sacerdos aliquis saecularis vel regularis Missam defunctorum in die Commemorationis defunctorum, et singulis diebus infra illius octavam, ac in una feria cuiuscunque hebdomadae per Ordinarium designanda, pro Anima cuius-



cunq̄ue Confratris et Consororis dictae Confraternitatis, quae Deo in charitate Coniuncta, ab hac luce migraverit, ad praedictum Altare celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragij indulgentiam consequatur. Ita ut ejusdem Domini Nostri Jesu Christi ac Beatissimae V. M. Sanctorumque omnium meritis sibi sufragantibus a purgatorij poenis liberetur, concedimus et indulgemus. In contrarium facient, non obstantibus quibuscunq̄ue. Praesentibus ad septennium tantum valituris. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VI. Martij M. D. C. C. X. L. 1 Pontificatus Nostri Anno Primo.

L. S.

Fredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

58.

**1741. A generalis parancsára jelentés küldetik Romába a nyitrai kollegium 40 éves fenállásának nevezetesebb mozzanatairól.**

Relatio Historica Foundationis Domus Nostrae Nitriensis Scholarum Piarum erga Mandatum Generalitium Romam missa.

Quia placuit illi, cujus Testimonium fidele sapientiam praestat Parvulis, ut Institutum Scholarum Piarum Nitriam Civitatem in Hungaria Episcopalem introduceretur, quid egit Divina Providentia? Necessitate quadam premi permisit nostros Prividiae degentes. adegitque prodire tantillum pro emendicando pane, qui juxta Prophetiae vota futuri erant ipsimet, ut frangerent Panem Parvulis. Casu itaque veluti quodam venientibus duobis nostris Nitriam, ut Eleemosynam acciperent, cum evangelico illo claudo audiere, aurum et argentum non esse eis, verum audito, quod et quale foret Institutum nostrum, quae Instituti ratio? Cum illud, quamquam summe sibi necessarium fundare, vires facultatesque suas excederet, datis mox ad Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Ladislaum Mattyasowszky Loci et Comitem et Episcopum, ac Regni Hungariae Cancellarium, literis commendatitij, effecere, ut Institutum nostrum Nitriam, locum in meditullio innumerac Nobilium multitudinis situm, feliciter introduceretur.

Anno igitur 1701 deputatis sumptibus pro Foundatione, tum Collegij, tum vero et Seminarij Clericorum, et Convictus Nobilium Coloniam suam Nitriae figens Religio nostra, praeterquam quod solerter prosequi ad usque praesens pergat Institutum suum, id velut in acceptis habet, ab hac Domo tota Provincia nostra, quod a primo nostro

in Civitatem hanc ingressu, copiosissimam juxtaque Nobilissimam, ex circum adjacentibus Hungariae Provincijs (quas Comitatus vocant) confluentem computando et erudiendo juventutem Tuba resonantis instar innotescere fecerit, Institutum nostrum Orbi Hungarico adeo, ut in septentrionali Plaga ab Anno 1666 in tribus duntaxat locis velut sub cinere delitescens, nonnisi post Nitriensem Fundationem propagari coeperit, ac ab inde in 14 Hungariae Civitates non obstantibus quam plurimis aliarum Religionum Gymnasijs sit diffusum, in diesque magis et magis exambiat.

Caeterum superatis Deo auspice innumeris, ijsque factiosis complurium Adversariorum conatibus, in pacifico usu perseveramus, nilque interea spatio 40 annorum emersisse notabilis advertimus, quam quod horribili fere tota Civitas haec Anno 17 involuta incendio, statucae quoque Beatissimae Virginis columnam totam combusserit, uti et omnia caetera, quae circa deciduam statuam comperit, solam effigiem ligneam intactam reliquit. quasi innuens, profano igni in rem sacram agere haud licuisse, et hinc unice in cultum majorem ab hoc casu assumptae in hacce effigie Virgini Beatissimae Domum nostram adornanti adscribendum, quod altera jam vice desaeviens in Hungaria, et in hac Civitate Nitriensi pestifera lues, Domum nostram, caeteris circum circa omnibus lue infectis civium habitaculis, non afflaverit; licet ultraque vice velut in victimam ad placandum Numen iratum inventus sit, qui pro cura animarum e sacerdotibus hujus Domus sese ultro devoverit, et pro salute Proximi emori in obsequio pestiferorum haud detrectaverit.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 111 112.

59.

**1741. Hajnovics Ferencz hagyatéka a nyitrai kollegium részére.**

Extractus Testamentariae Dispositionis Rđmi condam Domini Francisci Hajnovics Praepositi Sancti Ladislaj, Venerabilis Capituli Nitriensis cononici etc. quoad Patres Piarum Scholarum Nitrienses.

P-to. 8. Alodium meum Köröskényense cum Terris ad callem Horti ejusdem, velut et agrum Pénterianum mihi in fl 26. id est viginti sex inpinoratum nec non Chlivénianum, juxta hortum, velut etiam totam portionem a Stephano Varga per me fl 150 comparatum. Item agros a Stephano Pap, alias Farkas acquisitos, una cum omnibus ad has acquisitiones Literalibus documentis spectantibus, atque fl. plus

mius 800-tos continentibus lego RR. Patribus Piarum Scholarum Nitriensibus, ita ut annuatim qualibet hebdomada absolvent unum sacram de requiem pro refrigerio animae meae, cum secunda oratione: Fidelium Deus etc.

Quod hoc punctum Testamenti conforme sit originali recognoscimus Georgius Birovszky C. N. et pie defuncti Testamentarius m. p. L. S. Paulus Tarnóczy C. N. et Testamentarius m. p. L. S.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

60.

1741 október 2. A nyitrai kollegiumnak a tartományi gyűlés elé terjesztett petíciói.

Puncta Capituli Nitriensis in Capitulo Provinciali proposita Nitriae Anno 1741 die 2 octobris.

1. Domus haec Nitriensis, ea qua par est demissione obtestatur V. Capitulum et rogat, ut in considerationem accipiatur miserrimus ejus status intuitu templi pro nobilissima, eaque copiosissima juventute scholastica summe necessarij, pro ejus prosecutione, cum adjacentes Domini Patroni satis superque sint molestati, et vix aliqua subsidij ab eis obtinendi spes supersit, ne jam muri modice elevati ruinae fiant obnoxij, adinveniatur modus, ut illud adminus ad tectum usque inclusive perfici possit. R: Ut aequissima petitio suum sortiatur effectum, operam dabit R. P. Provincialis cum suo consistorio.

2. Si quidem Domus haec florenos 2000 aliquot annui proventus habeat, quibus 12 tantum subjecta intertenenda venirent, residuo in familiam saecularem. sarta tecta, reliquaque occurrence applicato, ea propter pro subsidio studij supplicatur, quia vero prioribus etiam annis pro eo supplicatum, et vix aliquid obtentum, ideo ut illud effective praestetur, instamus. R. Praestabitur effective omni possibili modo.

3. Commendatur Patribus nostris Romam ituris, ut privilegium ordinationis sine interstitiis et extra tempora, aliaque Religioni nostrae concessa pro Provincia nostra Hungarica obtineantur; neque remittatur negotium hoc Patri Procuratori Generali committendum, ut jam prioribus Capitulis factum est, sed ipsimet Patres nostri pro consolatione Provinciae obtinere adnitantur. R: Provisum est in punctis Romam mittendis.

4. Cum ordinarie tertii et quarti anni Syntaxistae ad clerum

recipi solent, qui demum magistrum initiantem vexare consueverunt ac eapropter graves oboriantur controversiae cum offensa Dominorum Capitularium, expediret pro Nitria assignare magistrum, qui jam alibi dictam scholam laudabiliter tradidisset sicut et pro ceteris scholis bene moratos, et si possibile Philosophos assignare opportunum foret, cum experientia constat, juniores magistros imperito agendi modo, cum parvulis praesertim nobilioribus confusiones causasse, quibus pro majori in studijs profectu assignetur ex peritioribus, qui pensum litterarium (cum Rector Domus aliis sit occupatus) ab ipsis exigat. R: De juvenibus ad statum ecclesiasticum adspirantibus tam diu in syntaxi non detinendis agendum erit apud Excellentissimum Dominum Loci Ordinarium. De melioribus huicce nobilissimo Gymnasio necessariis magistris, et hactenus providit et deinceps quoque sollicitè providebit.

5. Ut Superiores vitio non vertant PP. Professoribus, et vicissim, dignetur declarare Capitulum Provinciale, an in Bulla Clementis VIII. de reformatione Regularium per verba: Nullus a choro censeatur immunis etc. Cum Lectoribus autem iis tantum diebus, quibus eos legere contigerit, dispensare possit, an nomine chori intelligi debeat meditatio in nostra Religione consueta, a qua absolute immunes sese censere possint. R: Etsi verba recitata constitutionis Clementinae nomine chori intelligi possit meditatio: inde tamen PP. Professores a communi regularis observantiae jugo absolute immunes nec sunt, nec esse possunt. Commendantur attamen Superiorum paternae discretioni, praesertim si munere suo laudabiliter fungantur.

7. Instant Patres, ut decidetur an libri scholastici noviter in Gymnasijs Societatis Jesu introducti etiam ad nostras scholas propter communicationem juventutis introduci valeant, aut novi componi ab aliquo ex nostris vel antiquus reservandus sit Emmanuel. R: Provisum est in punctis Provincialibus.

8. Ob multas inde provenientes utilitates quaeritur, an non expediret iuxta laudabilem aliarum Religionum consuetudinem correpetitores Philosophiae et Theologiae in locis nostrorum studiis destinatis ordinare. R: Faciet Praepositus P. Provincialis ut in Domino judicaverit. Haec Capitulo Provinciali proponenda censuimus. Ambrosius a St. Joanne Nep. Rector etc.

In fidem factarum resolutionum subscribo Constantinus a Passione Domini S. P. Provincialis m. p.

Adolphus a St. Benedicto Secretarius Capituli m. p.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára Lib. Cap. Gen. Prov. et Loc.

61.

1743. T a j n a i Lajos 500 forinttal járul a kollegium alapjának gyarapításához. Status Dom. Nitr. 1782.

62.

1744. jan. 7. Nozdroviczky István 2000 forintos ösztöndíj-alapítványt tesz a nyitrai kollegiumba járó tanulók részére. Dr. Csűsz Imre. A kegyestanítórendiek Nyitrán 787. 1.

63.

1744. Groll Adolf győri püspök 1000 forinttal járul a templom építéséhez, 1000 forintot pedig alapítvány gyanánt ad a nyitrai kollegiumnak. Status Domus Nitr. 1782.

64.

1744 apr. 21. Szveteney Gáspár és neje Majthényi Julianna alapítványt tesznek a nyitrai kollegium részére.

Mi aláb is megh irt Szveteney Gáspár, és Majthényi Julianna Hűtvös Társom legh elsőben-is magunkra válolván az aláb irt dologban, terhét, és magunk közt megh gondolván, melly illendő, és kedves légyen az Ur Isten előtt ugy üdvességes is, hogy ha az Ur Istennek velünk tett véghetetlen jó tétémenyéért ez álhatatlan világon, és életünkben hála adóknak tesszük magunkat az Ur Isten előtt. Kire nézve egyenlő akaratumkkal el tökélvén magunkban, hogy sok fáradságunk után Istennek hozzánk való nagy kegyességéből adatott gazdasági jüvedelmünkből valamell részetskét lelkünknek üdvességéért az Ur Istennek dűcsőségére fel ajánlyuk, és értékünkhöz képpeszt ezer id est 1000 Rhenes forintokból álló summaból Fundatiot Tisztelendő Nittrai Pater Piarista Attyainknak eő kegyelmeknek örökösön adtunk, semmi just többé azon megh irt pénzben magunknak és maradékúukuak nem reserválván, olly formán, hogy eő Kégyelmek örökösön, mégh megh irt szerzet a' világon fént lészen, esztendőnként hatvan id est 60 szent Mésétt loco Interesse felétt meg hóltt Familiankért, és felétt magunkért, és Nemzetségünkért, holtünk után pedig mind az hatvant lelkünkért lelkek isméretek terhe alát tartozzanak szolgálni. Kiuek nagyobb

bizonyságára, és örökké való allandóságára saját kezünk irásával subscribált, és coroborált Fundationalis obligatiókat attuk Tekéntetes Nemes Nittraj Kaptolonban. Die 21-a Aprilis Anno 1744. Szveteney Gaspar m. p. P. H. Majtheny Juljana m. p. P. H.

Praesentem pientissimam Deo primum, deinde nobis etiam factam oblationem Ego quoque pariter infrascriptus Nittriensis Scholarum Piarum Collegij Nomine accepto et recipio . . . In quorum omnium majus robur, fidemque uberiolem praesentes in facie Venerabilis Capituli Nittriensis consueto officij sigillo roboratas manu propria subscripsi. Nittriae die 21-a Aprilis Anno 1744. Adolphus a S. Benedicto S. P. Collegij Nittriensis Rector m. p.

L. S.

Fentnevezett alapító 1756. évi május hó 9-én megtoldotta az alapítványt 1500 frttal, 1779. évi apr. hó 28-án ismét 500 frttal és 200 frttal egy énekes misére, úgy hogy az alapítvány összege 3200 forintot tett ki.

Eredeti okiratok. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.

65.

**1744 nov. 22. Klajnerth Mátyás galgóczi lakos 3500 frtnyi hagyatéka a piaristák nyitrai templomának építésére fordittatik.**

Posteaquam Reverendus Pater Adolphus a Sancto Benedicto Scholarum Piarum Collegij Nittriensis Rector in eo institisset; ut eundem Mathiae Josephi, Klajnerth Inhabitationis Galgócziensis, sine aedificandae Capellae Beatae Mariae Virginis, Testamentaliter Ordinatam Pium Legatum, pro majori Cultus Divini incremento, pro Fabrica Templi RR. PP. Piarum Scholarum praeinsinuatii Collegij Nittriensis, quod ob inopiam domesticam in Annum jam Secundum supra Decimum, continuari nequivit, applicaretur, ac obtenta talismodi Instantiae suae resolutione, tam semetipsum, quam et Successores suos, modis et formis in Litteris, sub Dato diei 22-ae Novembris Anno Domini 1744 Galgóczi emanatis, ac per eundem Patrem Rectorem subscriptis, sigilloque Provinciali munitis, uberius declaratis, sufficienter obligasset . . . hinc praevio modo emanatas Litteras Obligationales, in iisdemque circumstantialiter comprehensam ante fati Reverendi Patris Rectoris Obligationem, acceptando, ex Bonis et Rebus mobilibus, memorati eundem

Mathiae Josephi Klajnerth, modo dicto Patri Rectori assignatus est sequens Fundus.

1-mo. Restans activum Debitum etc.

Qui fundus praevio modo deductus constituit fl . 3500.

Super quo, praeviaque modalitate deducto Fundo, eidem Reverendo Patri Rectori praesentes extradantur Litterae Cessionales. Datum in Arce Galgócz, die 22 Novembris Anno 1744.

Comes Georgius Erdődy m. p.

L. S.

Eredeti. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.

66.

1744. decz. 18. Zsarnóczy János ujbányai lakos alapítványt tesz két családjabeli fiunak nevelésére.

In Nomine Domini. Amen.

Nos infrascripti tenore praesentium notum facimus quibus expedit universis: quod futura praesertim meditantibus matura utrinque animi deliberatione praemissa, in Sanctae Xtianae charitatis Vinculo, amice, sponte ac libere, convenerimus in eum, qui sequitur modum: et quidem:

*Primo.* Ego Joannes Baptista Zarnoczay liberae Regiaeque Civitatis Uj-Bánya dictae pro tempore Scholae Rector et organista, imbecillam Valetudinem meam ex una parte prae oculis habens, ex parte vero altera nonnullis pecuniis, quas ex vitae parsimonia, cumque benedictione divina, diuturnis ac nocturnis laboribus et sudoribus congregavi, cognatorum meorum inopiam ac egestatem pro viribus meis adjuvare volens; ut et ultimos vitae meae, in senium inclinantis dies, in Domo Religiosa, cum pace, tranquillitate et animae solatio concludere, et bonae Púerorum e cognatorum meorum lumbis descendentium Educationi prospicere valeam, praeter fl. Rhen. Mille, quos R. Patri Adolpho a Sancto Benedicto Schol. Piarum Assistenti Provinciali et Collegij Nitriensis Rectori Actuali, die 26. Junij Anni labentis effective numeravi, obligo me insuper ad alios mille pariter florenos Rhen. circa Festa Paschalia Anni sequentis numerandos.

*Secundo.* Volo itaque, ut Ven. Collegium Nitriense, me dum et quando mihi Nitriam transire placuerit, recipere, proque interusurio, memoratorum bis mille fl. Rhenensium, honeste ac competenter, eo,

quo Religiosi vivunt modo, cibum potum ministrando alere obligetur. Et quia in provecta jam aetate mea particulares necessitates facile occurrere poterunt; tenebitur mihi dictum Ven. Collegium, ex prae-memorato duorum millium interusurio, singulis annis numerare fl. Rhe-nenses viginti, id est 20.

*Tertio.* Quod si vero Deus me ex hac vita mortali ad aeternam evocaret, nunc pro tunc firma, rataque voluntate declaro, ut beneficium toties jam nominati interusurij in cognatorum meorum filios transferatur, id est: ut duos ex illis Ven. Collegium Nittriense pro more pau-perum alere ac vestire, inque bonis moribus, literis ac Musica, si ad id fuerint idonei, erudiri curare sit obligatum.

*Quarto.* Quia vero praeter dicta duo Millia, plus etiam ex divina benedictione congregavi, pecuniaeque meae apud Debitores titulo mu-tui elocatae haerent, quoniam mihi in atrita jam aetate mea cum De-bitoribus litigare permolestum foret, universa mea debita exigendi jus omne in nominatum Collegium Nittriense transfero, ea tamen per ex-pressum lege et conditione, ut mihi de iisdem debitis disponendi plena et integra potestas relinquatur.

*Quinto.* Si autem, quod Deus Optimus clementissime avertere dignetur, absque testamentaria dispositione mori me contingeret (ne cum labore et parsimonia quaesitae pecuniae meae in manus fortasse hominum idignorum veniant) nunc pro tunc firmiter definio ac declaro: ut memoratae meae universae capitales summae, pro refrigerio animae meae, item in causas Pias, et subsidium cognatorum meorum, honeste, ut superius praemissum est, educandorum a Ven Collegio Nittriensi convertantur.

*Sexto.* Ego vero P. Adolphus a Sto. Benedicto Sch. Piarum Ass. Provincialis et Actualis Rr. Coll. Nittriensis, sufficienti eaque authen-tica coram Ven. Caplo Nitriensi die 19-a Mensis Semptembris Anni modo currentis celebrata mihi que tradita plenipotencia ad id instructus, omnia et singula praespecificata onera, in me successoresque meos recipio, meque pariter ac illos ad implenda illa firmiter ac in perpe-tuum obligo.

In quorum omnium majus robur, fidemque amplioem praesentis contractus ultro citroque obligantis duo exemplaria confecimus, ut vi-delicet unum penes Ven. Collegium Nittriense, alterum vero prae ma-nibus partis alterius maneat, itemque sigillis nostris munivimus ac roboravimus, manibus denique propriis utrinque subscripsimus. In libera Regiaque Civitate Ujbánya die 18-a Mensis Decembris Anno Domini 1744. Joannes Zsarnoczij pr. tunc Rector et Org. Uibaniensis L. S.

Eredeti. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.



67.

1746. jan. 1. Dubniczki János hosszumezei plébános 200 forintos alapítványa a nyitrai piarista kollegium javára. (A nyitrai k. r. ház levéltára)

68.

1748. febr. 24. Péter Maris végrendeleti hagyatéka a nyitrai kollegium templomának építésére.

Anno 1748 die 24 Februarij.

Mi alúl meg irattak N. Brezovics Lukács Uram, N. Város ordinarius Birájának commissiójából ki menvén N. Péter Maris Testamentaria dispositiójának meghalgtására, és végben vitelére, az mint is végben vivén e képpen.

Attyának, Fiúnak, és Sz. Lélek Istennek nevében. Amen. Én Péter Maris noha testemben súlyos nyavalyámat érzem, de elmében még friss Isten kegyelméből, azértis

Zobri szállóm, csermányi gátok alatt lévő földem, s ugy Boldog Asszony alatt lévő böcsü szerint adassik el, és böcsületes temetésemre legyen, Testamentariusok Dispositio, vagyis Lelki ismeretek szerint. Az ki marad, fele adassék P. Piarista Uraiméknak, fele pedig P. Franciscanusoknak sz. misékre.

Minemü adosságim vannak kezemnél lévő Levelekből ki teczik; Azokat is hagyom P. Piarista Uraiméknak Templom szükségére.

Selem posztó Mente ezüst gombokkal, csak bélelni köll; azt hagyom P. Piarista Uraimékhoz sz. Misékre stb.

Melly ezen lett Testamentomi dispositiójának végben vitele után maga saját keze kereszt vonásával megis erősítette.

Nitrae ut supra Péter Maris × Coram me Adamo Fábian Senatore. Coram me Zorardo Fábían Jurato. Coram et per me Joannem Hahóthi Senatorem et juratum Notarium m. p.

Másolat. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.

69.

**1748. jun. 6. Lancze Julia Eleonora alapítványt tesz a nyitrai kollegium számára.**

Én alább is megirt Eleonora Juli à Lancze, meg gondolván előszőr, mely illendő és kedves légyen az Ur Isten előtt, úgy üdveséges-is, hogy ha az Ur Istennek vélünk tett véghetetlen jó téteményéért az állhatatlan világon, és életünkben hálá adóknak teszük magunkat azon Ur Isten előtt, másodsor szemeim előtt viselvén Szerelmes Uram Székely Miklós kedves Hites társam ez tündér világból boldog de véletlen kimulását tellyes akaratommal, és el tökélet szándékal (hogy mind az enyim, mind az Istenben kimult kedves társam sok fáratsági után Istennek hozzánk való nagy kegyeségébül adatott Gazdagságit) Jövedelmünkübül valamely részetskét Lelkemnek üdveségére és az Ur Jezus Kristusnak dicsőségére fel ajánlom, és ugyan Nyitrán lako Tisztelendő P. Piárista Atyáimnak eő Kegyelmeknek örökös Fundatioul, egy ezer azaz 1000 Rh. forintokat örökössen hagyok, és adok, semmi just többé azon meg irt pénzben, se magamnak, se maradékimnak nem reserválván. Azon Istenes fundatiomat pedig oly formán hagyom, hogy Eő kegyelmek örökössen még emlétett Collegium és Szent Szerzet fönt marad, esztendőről esztendőre minden holnapon hat szent Misét Lytánias, vagy is Deákok Miséje alatt Lelkek Isméretek terhe alatt tartozzanak szolgálai . . . Kinek nagyobb bizonyítására és öröké való allandóságára saját kezem irásával subscribált, és corroborált Fundationalis obligatiomat attam Nitrán 1748 Eszt. Sz. Iván hav. 6. napján. Juli Eleonora à Lancze P. II.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

70.

**1749. apr. 11 Longen Katalin végrendeletileg 100 forintot hagyományoz a nyitrai kollegium részére. (A nyitrai k. r. ház levéltára)**

71.

**1749. Kovácsovics János üzbégi plebános a nyitrai piarista templom építésére és részben alapítványul 900 forintot adományoz. Status Domus Nittr. 1782.**

72.

1749. Nozdroviczky István v. püspök örök alapítványul 200 forintot tesz le a piárista kollegium javára. Status Domus Nittr. 1782.

73.

1749. Bellitzai Ferencz a nyitrai kollegium részére 100 forintos alapítványt tesz. Status Domus Nittr. 1782.

74.

1749. Weisz János 100 frtos alapítványt ajánl fel a kollegiumnak Status Domus 1782.

75.

1749. Kmoskó János nyitrai kanonok a nyitrai kollegiumnak 300 forintos örök alapítványt ajánl fel. Status Domus Nittr. 1782.

76.

1750. okt. 17. Donascha Domonkos és neje Anna Mária 100 frtos alapítványa a nyitrai kollegium részére. (A nyitrai k. r. ház levéltára)

77.

1750. decz. 5. Pusztai Anna hagyatéka a nyitrai kollegium javára.

Anno 1750 dje 5-a Decembris Testamentum Annae Pusztaj. Atyának, Fiunak, Sz. Lélek Istennek ueviben. Amen.

Mivel az Ur Isten minden Embert erre az Arnyék vilagra halandóságra teremtet legyen, Énis Pusztai Anna egy alkotmányi közül, ezen az vilagon hatvan esztendő sok nyukhatatlansággal, nyavalak szenvedéssivel éltem, kiértis szentseges neve Dicsirtessék, és az minémő Isten eő szent felsége ingen való kegyelmibül ingó ingatlan jószagocskával meg áldot, afelül Successorim közt kívántam ilyen ren-delest tennem, hogy minden atok jövendőben eltávoztassék. *Elsőben*

bűnökkel terhelt Lelkemet hagyom az Tellyes Sz. Haromság és Boldogsagos Szűz Maria örökös nyugodalmában, testemet pedig az földnek, az honnét eredetet vett.

2-do. Vodnák Martonynal vőmnél vagyon husz forintom, azokatis hagyom sz. Misékre T. P. Piaristakhoz.

5-to. Alsó réteken lévő réteemet hagyom temetéssemre, hogy azon aestimatio szerint adassék el, és Temetésemet kivanom Pater Piaristákhoz.

Mely Testamentaria Dispositiomat kivantam megerősíteni saját kezem kereszt vonassaval ezen Deputalt böcsületes Emberek előtt. Nittriae dje. et Anno ut supra.

Pusztaj Anna ×

Coram me Stephano Mogyorósi m. p. deputato P. II. Coram me Andrea Richter deputato m. p. P. II. Coram me Michaele Székely Jurat. Notar. et per me extradatum m. p. P. II.

Eredeti. A kegyesrendiek levéltára.

78.

1751. aug. 15. Kántor Ferencz és neje 100 forintos alapítványnyal járulnak a nyitrai collegium alapjainak gyarapításához. (A nyitrai k. r. ház levéltára)

79.

1752. apr. 12. Thuróczy Ádám özvegye szül. Novotni Katalin 80 forintnyi adománylevele a nyitrai collegium javára. (A nyitrai k. r. ház levéltára)

80.

1753 febr. 2. Hunyady János piarista renunciációja a nyitrai collegium javára.

In Nomine Domini Amen.

Ego Joannes Hunyadi a B. Josepho Calasantio a superioribus meis ad praescriptum Sacri Concilij Tridentini, et Constitutionum nostrarum legitimo et sufficiente tempore praemonitus, circa resignationem de bonis, quae ad me in saeculo pertinerent spectantibus, ante solennem Professionem meam, per modum supremæ voluntatis meae atque ultimi

testamenti, sequentem facio dispositionem: Ex summa Capitali florenorum 5000 sive quinque millium ex voluntate charissimi Domini Genitoris mei Domini Ladislai Hunyady de Kis-Krstyene, et charissimae Dominae Genitricis meae Dominae Catharinae Appony de eadem, partim pro necessitatibus meis cum consensu A. R. P. Provincialis nostri P. Adolphi a S. Benedicto, partim domui, in qua ex ordinatione Superiorum meorum habitaturus sum, oblatorum, quotannis juxta rescriptum a praedicta Domina Genitrice mea emanatum, et a me subscriptum, atque etiam a Sacra Religione acceptatum, domui, in qua, ut praemissum, morabor, numerentur et pendantur ex legali interusurio floreni centum quinquaginta, A. R. P. Provinciali id temporis existenti floreni triginta, pro meis autem usibus ad mentem ejusdem Rescripti et alterius ab A. R. P. Adolpho a S. Benedicto per Hungariam Praeposito Provinciali, annue itidem floreni centum et viginti. Postquam autem placuerit Divinae Bonitati me ex hac mortalitate transferre, nunc plena deliberata ac libera voluntate mea circa praedictos 5000 sive quinque mille florenos suprema hacce voluntate mea, ita constituo, atque ordino, ut tota illa summa florenorum 5000 cedat Domui Nitriensi Scholarum Piarum, ex cujus intactae sortis legali interusurio quotannis pendendo, Typographia in Collegio nostro Nitriensi (quae jam aliquod fundamentum habet) promoveatur . . . Hanc supremam voluntatem meam Prividiae Anno millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio die 2-da Mensis Februarij subscribo. Joannes Hunyady a B. Jos. Calasantio S. P. m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

81.

1753. máj. 29. Andrásy Péter báró tábornok végrendeleti hagyatéka a nyitrai kegyesrendiek kollegiuma javára.

Ego infrascriptus L. B. *Franciscus Andrasij* de Csik-Szent-Király, Arcis Kraszna-Horka Haereditarius Dominus fidem facio quibus expedit universis; quod posteaquam dilectus Frater meus L. B. *Petrus Andrasij* Generalis universa Bona sua mobilia quocunque titulo nuncupanda in pias Causas sive pro Templis et Sacris legasset, Ego qua Testamenti Executor Religioso Patri Adolpho a S. Benedicto Scholarum Piarum Collegii Nitriensis pro tunc Rectori, erga rescriptum ejusdem in praesentia trium Testium effective pro Sacris perpetuis numeraverim duo millia fl. Rhenensium; Restantias autem militares

defuncti, et jam nominati Generalis Fratris mei, quae in hunc usque diem exceptae non sunt, donaverim Ecclesiae Nitriensi ejusdem ordinis. In quorum fidem uberiores praesens Testimonium Sigillo meo roboravi et manu propria subscripsi.

In Arce Kraszna-Horka die 29-a mensis Maji 1753.

L. S.

Franciscus Baro Andrásij m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. társház levéltára.

82.

**1753. szept. 13. A nyitrai kollegium petíciói a tartományi gyűléshez.**

In Nomine Domini Amen.

Anno a partu salutis 1753 die 13 mensis 7bris in hac Domo nostra Nitriensi, servatis omnibus de jure servandis celebratum est canonicè Capitulum locale, in quo per privatas Schedas Secretarius electus est etc.

Die 14-a 7bris convenerunt PP. Capitulares, judicaruntque sequentia proponenda esse venerabili Capitulo Provinciali:

1-o. An non foret forsàn idoneum, si constituerentur Examinatores non solum studentium bis, verum etiam omnium Confessariorum semel in Anno.

2-o. Congruum etiam fortasse esset, si uniformitas doctrinae moralis ab omnibus servaretur, quae tamen conservari nequit, nisi praescribantur iidem Auctores.

3-o. Proposuerunt, an expediret, si exercitia spiritualia cum Juventute nostra Scholastica quotannis tempore quadragesimae constituerentur. Item peculiaris in B. Patrem pietas, et devotio in omnibus Scholis praefigeretur, et res gestae ejus praelegerentur.

4-o. Stimulum forsàn adderet Junioribus nostris, si annis singulis quilibet Tractatus suos defenderet.

5-o. Supplicavit PP. Capitulares, ut tandem aliquando Typographia in Provincia erigeretur, quod commodissime fieri posset Nitriae, cum Domus haec eam ob causam legatos haberet mille florenos.<sup>1</sup>

Quibus actis finis impositus Capitulo Locali Nitriae 13-a Septembris Anni 1753.

Adolphus a S. Benedicto Praeses Capituli etc.

<sup>1</sup> Andrásy György báró 1751-ben 1000 forintot adott e czólra.

Responsiones ad Puncta Capituli Localis Dõmus Nitriensis :

Ad 1-um. Provisum est in statutis Capituli Novissimi.

Ad 2-um. Etiam provisum est.

Ad 3-um. Fiat, ubi ubi observari potuerit.

Ad 5-um. Etiam provisum est per peculiare punctum capituli.

Adolphus a S. Benedicto Praepositus Provincialis m. p.

A nyitrai kegyesrendi ház levéltára. Liber Cap. Gen. Prov. Loc.

83.

**1753. A nyitrai kollegium emlékirata a nyitrai megyés püspökhöz a Sarlós-Boldogasszonyról cz. társulat elsőbbsége iránt.**

Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Domine Comes, Domine Praesul et Patrone Gratosissime !

Ad Sacrum Excellentiae Vestrae Praesulis et Dioecesanii Nostri Gratosissimi tribunal suppliciter confugientes nos Religiosos de Collegio Nitriensi Scholarum Piarum dignabitur pro magna sua, qua pollet clementia suscipere, causamque, qua molesti esse praesumimus, pro altissimo suo iudicio ad examinandum ferendamque desuper sententiam, benigne audire. Quae tenoris est sequentis :

Die 28-a Junii Anni 1753 occasione funeris relictæ Viduae Desericzkianae in Paricza pie obeuntis invitata fuerat pro comitativa et studiosorum B. V. Elisabeth Visitantis sub cura nostra PP. Scholarum Piarum, et altera saecularium S. Francisci Seraphici sub cura RR. PP. Franciscanorum Nitriensium Congregatio. Finitis ibidem ad cadaver defunctae sanctissimis Ecclesiae Ceremoniis, cum ad locum tumuli Juventuti studiosae ordine consueto eundem foret, collocaverant se Patres, et magistri nostri docentes sua quilibet cum Juventute immediate ante dictos RR. Patres Ordinis S. Francisci, quemadmodum in omnibus publicis Processionibus facere hactenus semper consueverunt. Jamque loco prope movere coepit Juventus nostra, cum insperate ex dispositione dictorum RR. PP. Ordinis S. Francisci congregatae saeculares post studiosos loco utpote honoratiore suis cum insignibus sese collocant. Qua super re (ut nobis videtur) minus recte ordinata, cum Religiosi nostri Scholarum Piarum partem adversam humaniter admonerent, cum gravi verborum impetu, stupente non sine aliqua offensione toto Populo, rejecti fuere. Insistebat nihilominus Congregatio studiosorum antiquae suae, et decisione judiciali jam firmatae consue-

tudini, cum RR. PP. Ordinis S. Francisci (absente tamen Patre suo Guardiano) longam hanc possessionem praecedentiae Congregationis nostrae, et uti praemissum, decreto firmatae rejicientes, atque a dicta Congregatione sua divelli recusantes, inconsuetum medios inter studiosos dicta sua cum congregatione, et ejus insignibus arripuerunt ordinem, ita ut labarum insigne Congregationis B. V. ordine praepostero studiosis praelatum non fuerit, sed eosdem consecutum.

Altera autem vice, ex quo Excellentia Vestra almae huic Nitriensi Dioecesi summa cum potestate praesidet, publica haec lis RR. PP. Franciscanos adversus Congregationem Studiosorum nostrorum commisit. Anno nimirum 1743 die 10 Mensis Maji in obitu Domini Michaëlis Horváth Venerabilis Capituli Nitriensis Notarii, decisaque tunc statim favorabiliter ad tenendum honoratiorem locum pro parte studiosorum nostrorum fuerat per piaae memoriae Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Stephanum Nozdroviczky Excellentiae Vestrae in Spiritualibus Vicarium. Quem ordinem, ut deinceps quoque congregatio Studiosorum nostrorum obtineat, considerationes sequentes altissimo Excellentiae Vestrae iudicio substernimus.

Primo, quod mos iste in civitatibus omnibus seu RR. PP. Societatis Jesu, seu ordo noster Scholas doceat, observatus semper fuerit, et quibuscunque publicis in Processionibus seu funeribus Juventus scholastica praee caeteris quibuscunque congregationibus honoratiorem locum obtinuerit. Secundo. Lis haec Congregationibus studiosorum nostrorum per eosdem RR. PP. Franciscanos aliis etiam in Dioecesibus, ut Szegedini Anno 1735, in Strigoniensi, Vaczii anno 1742 in Vacziensi intentata est, ubique tamen pro favore studiosorum, ut authenticis instrumentis confirmare possumus, est decisa. Tertio. Studiosam inter Juventutem, uti hanc nostram Nitriensem, plerique numerantur Heruli, de magno et vestuto sanguine Magnatum Regni Hungariae Comitum et Baronum oriundi, qui in magnam spem totius Regni sensim adulescunt, potioem praeterea juventutis numerum antiqui stemmatis implet Nobilitas, quorum legali et innatae praerogativae multum certe detraheretur, si vulgus, si opifices, si subditi honoratiore loco gauderent. Quarto. Denique advertendum esset RR. PP. ordinis S. Francisci, Congregationi nostrae Nitriensi studiosorum insertos esse et venerabilis cleri Nitriensis Dioecesis alumnos, qui certo non minus praerogativis ejusdem venerabilis cleri, cujus in Hungaria respectu praecedentiae honor est insignis, gaudere incipiunt, quam variarum Religionum novitii, qui statim ac habitum Religionis susceperint, privilegiorum ordinis sui redduntur participes.

Modica autem sunt, ac immo nullius roboris, quae adversus con-



gregationes studiosorum dicti RR. PP. ordinis S. Francisci eodem in loco funeris adduxerunt argumenta de antiquitate Congregationis suae petita. Quod quidem valeret quidquam forsitan, si de altera quapiam, non de studiosorum congregatione controverteretur. Haec enim dignitate sua propter membra, quibus componitur, Magnatum videlicet, tum venerabilis cleri alumnorum, demum nobilitatis, qui omnes ad inclytos status regni Hungariae pertinent, haec, inquam, studiosorum Congregatio propter dicta sua membra accepto jam ubique usu sane quam vetusto prae antiquiore quavis congregatione eminet, et propterea loco digniore censetur habenda.

Quibus ita sincere, candideque praemissis, humillime apud Excellentiam Vestram supplicamus, dignabitur altissimo suo iudicio momenta haec partis utriusque in considerationem accipere et quod rectum iustumque videbitur, sapientissimo suo calculo roborare, ut charitas inter congregationes dictas deinceps non violetur, extraneis, rudibusque causa offenculi ne praebeatur, ordo denique bonus solatio Excellentiae Vestrae in Dioecesi hac etiam Nitriensi constanter observetur. Pro qua benigna resolutione cum iterum iterumque humillime obsecramus, pro longaeva Excellentiae Vestrae incolumitate futuri constanter memores emorimur in jugibus obsequiis Excellentiae vestrae humillimi Capellani PP. Scholarum Piarum e Collegio Nitriensi.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

84.

1754. márcz. 8. A nyitrai káptalan Nemcsényi Adolf piarista rendfőnök megkeresésére kiadja Bokor László nyitrai kanonok végrendeletének kivonatát, melyben nevezett kanonok a piarista kollegiumnak hagyja a felső városban levő házát.

Habeo domum in Superiori Civitate, cujus vicini sunt, domus Hancsokiana et Nodificis ex parte arcis, hujus desertum et desertissimum fundum emi fl. 400, quam domum a Superficie terrae ex integro aedificavi, cujus aedificium constat ex integro, fl. 2000, et sic in toto in Florenis 2400 lego AA. RR. PP. Piaristis.

Signatum Nitriae in consistorio Minori, et extradatum die 8 Martij Anno 1754. per me Joannem Terlanday C. N. mp.

L. S.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

85.

1754. Kápuszta Katalin 200 frtos alapítványt tesz a nyitrai collegium számára (Hist. Dom. Nitr).

86.

1757. jun. 8. Özv. Zimányi Miklósné szül. Loksaj Klára alapítványlevele.

Nos Capitulum Cathedralis Ecclesiae Nitriensis memoriae commendamus tenore praesentium, significantes quibus expedit universis. Quod die et Anno Datarum praesentium, nobilis Domina Clara Loksaj, Egregij condam Nicolai Zimány Relicta vidua, nostram personaliter veniens in Praesentiam, . . . subnexam Fassionem suam Fundationalem, nativo Patriae hujus Idiomate conscriptam et concinnatam exhibuerit nobis, et praesentaverit . . . Tenoris et contextus istiusmodi: Én alábis irtt Loksaj Klára, néhaj Istenben holdogult Nemzetes, és Vétézleő Zimány Miklos uram megh hagyott Eözvedgye, magamra valólván mindazoknak, az kiket ezen alább irt dologh most vagyis jövendőben akar mi módon illetve és illethettne Terheket, adom tuttára mindeneknek az kiknek illik, e' Levelemnek rendiben, hogy tudnia illik: én magam ként megh gondolván, és széveemben, elmimben ajtattossan forgattvan, az én Teremtő megh váltó, és gondveseleő Istenem büven tapasztalt ingyen való Kegyelmességheit, Irgalmassághát, és szent Áldását, ahoz minden érette az eő kegyelme, és malasztya által tett legh kissebb jószágos szándékért, és cselekedetért megh igirtt örökki való jutalmot, ell tökélelt szándékkal az eő szent Malasztyából, föltetem magamban, hogy az Isten eő Szent-Fölséghe dűcsösségire, számtalan sok Büneim bocsánattyáért, ez Árnyik világból boldogh kimulásomért Istenben ell nyugodott Uram, és Férjem, ugy az magam Lelkem üdvösségiért, kevés értékemböz képpest, Hétt száz id est fl. 700 Rhen. Forintokból álló Summát Nittrai Tisztelendő Pater Piaristák Attyám Uraiméknak s eő kegyelmeknek allandó s örökös Fundatiojúl hagyok, és rendekek, semmi Just az megh irtt Summa Pénzben magamnak és maradékimnak fönt nem hagyván . . . Mely dolognak nagyobb bizonyágára, és örökké való állandóságára attam magamrúl Titulált Szerzetnek ezen Fundationalis obligatiómat s kötés Levelemet T. Nemes Nittrai Káptalomban. Loksaj Klára X.

Qua quidem praevio modo exhibita, et celebrata, ac coram dicta Domina Fatente perlecta Fundationali Fessione Adm. Reverendus Pater Chrysostomus a S. Disma Scholarum Piarum Collegij Nitriensis Rector Actualis aequae coram nobis in Capitulo personaliter constitutus nomine, et in Persona praefatae sacrae Religionis omnem praedictam obligationem in se suosque successores ac praelibati Collegij Fratres assumpsit, et levavit, ac pro Rata, grata et accepta sequenti exhibito scripto declaravit et vivae etiam vocis suae eloquio id ipsum roboravit . . .

L. S.

Lecta in Capitulo per Mich. Ribinyi Lectorem m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

87.

**1757. okt. 1. Birovszky György nyitrai kanonok alapítványt tesz a piaristák nyitrai kollegiuma részére.**

Ego infrascriptus notum facio quibus expedit Universis; quod consignaverim Venerabili huic Collegio Piarum Scholarum florenos Rhenenses Mille id est fl. 1000, una cum annuo Interusurio florenis 20. Tali sub conditione, ut annum illud Interesse utpote floreni 60 vita mea superstite imputetur pro mea annuali Intertentione, residuos vero florenos 12 ad supplementum florenorum 72, uti ante hac ab anno 1740 die 10 Januarij usque ad diem ultimam mensis decembris modo decurrentis fideliter V. Collegio deposui et persolvi, ita in posterum favente Domino Deo me soluturum obligo. Ubi vero Divina Majestas ex hac vita mortali animam meam ad aeternitatem evocaverit, praenotati floreni 60 Interessales cedant pro quadraginta Missis per decursum Sacrae Quadragesimae celebrandis pro refrigerio animae meae peccatricis, Parentum et Cognatorum mortuorum, nec non Divina Benedictione Vivorum. In cujus majus robor hoc scriptum meum usitato sigillo munitum dedi. Nitriae die 1-a octobris Anno 1757.

Georgius Birovszky m. p.

L. S.

Eredeti. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.

88.

**1758. Szakmáry Ignác és neje, nyitrai lakosok, némi ingatlanokat ruháznak át a nyitrai collegiumra.**

Dominus Ignatius Szakmáry chirurgus Nitriensis cum uxore sua Anna Maria hortum suum, horreum, et domum, quae horto nostro et Lukacsiano vicina et continua sunt, collegio cessit.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. 122.

89.

**1759. Thuróczy András alapítványa a nyitrai collegium számára.**

Dominus Andreas Turóczy ex Alsó-Kereskény aetate iam gravis in ultima sua dispositione largitus est Collegio nostro Nitriensi fl. Rh. 100 . . . Plura in particulari, dum vixit, beneficia praestabat Collegio. Cujus proinde et Religiosi Domus hujus pie meminerint crebrius commendatur plurimum. Instrumenta super his Fundamentalibus alia nulla confecta sunt, quam puncta Testamentorum, quibus praeclare satisfactum ab ijs est, quibus executio Testamenti ex mente Testatoris incumberebat.

Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 122.

90.

**1760. Planiczky János adománya a nyitrai collegium számára.**

Ego infrascriptus per Provinciam Hungariae Cler. Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Praepositus Provincialis tenore praesentium notum facio, indicatum mihi esse per P. Michaellem Prileszky a S. Joanne Nep. Coll. Nitriensis Rectore de pia Sancta et salutari intentione Domini Adm. Reverendi Joannis Planiczky Ecclesiae Babensis et Filialium Parochi zelotissimi, qua Dominus iste Benefactor pollicetur daturum se, quemadmodum effective iam dicto Collegij nostri Nitriensis Rectori enumeravit, immanuavitque fl. Rhen. 500 id est quingentos etc.

Datum Nitriæ ad Sanctum Ladislaum in aedibus nostris Scholarum sub sigillo Provinciae Anno 1760 die 27 mensis 9bris. Gregorius Tapoltsányi a S. Ladislao Provincialis. L. S.

Ezen összeget a kegyes adakozó 1762 junius 21-én még 440, 1763-ban pedig ismét 500 forinttal toldotta meg minden teher nélkül.

Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 122—124.

91.

1760. febr. 14. Birovsky György nyitrai kanonok egy családbeli fiu számára alapítványt tesz a collegium nemesi konviktusában.

O. A. M. D. G.

Infra-scriptus notum facio, quibus expedit. Quod ego Florenos Septingentos id est fl. 700. et Chartabiancam fl. 300 deputaverim pro convictu Nitriensi Nobilium tali sub conditione, ut pro ejusdem summae utpote fl. 1000 Annuo Interusurio ex Birovskiis pro Convictore unus suscipiatur. Quia vero in praesentiarum nullus talis ex Birovskiis praesentandus haberetur, quoadusque Divina Benedictione Solutium Haeredum acquisituri sint, volo ex Stephani Kamanházy aequae nepotis mei Filiis admittatur. Ubi vero (quod non raro contingere solet) nullus ex Birovskiis insinuetur, neque praesentaretur; tali occasione ex Annuali Interesse cedant Floreni triginta pro lumine ad Aram Magnam S. Ladislai Ecclesiae hujus. Floreni viginti pro munitulis occasione Sacrae Catechesis Juventuti dari solitis. Floreni sex dentur pro tribus Sacris Lectis in honorem SSmae Trinitatis infra eandem Hebdomadam absolvendis cum intentione pro refrigerio animae meae, Parentum, Cognatorum Defunctorum nec non Divina Benedictione O. O. Vivorum. Residuos vero quatuor Florenos toties quoties R. Pater Regens Convictus pro fatigio pro se reservet. Interim rogo enixe, obtestorque omnes, et singulos, ad quos hoc negotium devolvetur, ne quispiam ex Birovskiis praesentatus, aut insinuatus. ob superius annotata a studio et Convictu repellatur. Cum aliunde ex eorum studiis, non aliud, quam Dei Ter Optimi gloriam, eorum Salutem aeternam, et Patriae emolumentum cupiam. In cujus majus Robur hocce scriptum dedi Nitriæ. Anno 1760 Die 14-ta Februarii. Georgius Birovsky V. C. Piarum Scholarum Convictor. Praesentem copiam cum suo genuino originali collatam per omnia conformem esse testor Nitriæ 26-ta Novembris 1763.

Alexander Czabay Regens mp.

Másolat. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.

92.

**1761. Graf Maria hagyatéka a nyitrai kollegium számára.**

**Extract.**

Laut Testament der in dem Herrn seelig entschlaffenen Frau Maria Ursula Grafın, des gleichfals in Gott seelig ruhenden Herrn Stephan Graf gewesen. kaiserlicher köuiglicher Salzeinnehmer zu Peest hinterlassene Ehefrau, dessen Original in der Peesterischen Rathhauses Kanzlei aufbehalten wird.

Meinem Herrn Vetteru dem Patri Damiano Graf, Priester des Piaristen Ordeus will doch mit dem Vorbehalt 300 fl. oder Gulden vermacht haben, dass diese weder Ihm noch seinem Orden eingehändiget werden, sondern sicher angeleget, und nur der Zins darvon dem Patri Damiano alljährlich abgereichet, nach seinem Todt aber dem Orden auheim fallen sollen, etc.

Másolat. A nyitrai kegyesrendi ház leveltára.

93.

**1762. márcz. 4. Aradi Ferencz mocsonoki remete alapítványt tesz a piaristák nyitrai kollegiuma részére.**

En allabis megh irtt Tisztelendő Nittrai Pater Piaristák Collegiumanak Rectora Tudtára adom mindeneknek az kiknek illik, hogy Tisztelendő frater *Aradi Ferencz* Mocsonokij Szent Kereszt kápolnájánál mostanában Remete, örökös Szent Misékre az Nittrai Pater Piaristák Collegiumára hagyott Száz forintokat id est fl. 100 olly módal és Conditioval, hogy mégh élni fogh fönt említett frater Ferencz mind addighis minden esztendőben az Eö Boldogh és szerencsés e világhból ki mulásáért Szent Miséket szolgálai Successorinnal edgyütt obligaltasunk; és azon kívüll, ha frater Ferencz olly nyomoruságra jutna, hogy magának ruházatot nem csináltathatna, tehat ócska ruhazattyávall succuralni akarunk. Halála után pediglen azon száz forintokat id est fl. 100 Tisztelendő Nittrai Pater Piaristák collegiuma örökön az Istennek nagyobb dicsőségire és az eö Lelkinek könnyebőségire megh fogja tartani.

Költt Mocsonokon die 4-ta Martii 1762.

L. S.

Josephus Bezrovics

Parochus Mocsonokiensis m. p.

Michaël Prileczky

a S. Joanne Nepomuceno

Coll. Nittr. Schol. Piar. Rector L. S.

Coram me Francisko Patakij

Bonorum Mocsonokiensium Provisore.

Coram me Michaële Fábrij

Jur. Loci Notario m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

94.

1762. aug. 29. Marossy Magdolna végrendeletileg 200 forintot hagyományoz a nyitrai piarista kollegium részére. (A nyitrai k. r. ház levéltára.)

95.

1765. decz. 4. Gusztinyi János nyitrai püspök alapítványa a nyitrai kollegium és ennek színháza részére.

Joannes Dei, et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Nitriensis, Locique et Comitatus nominis ejusdem Perpetuus Supremus Comes S-ae, C-ae. R-ae. et Apostolicae Majestatis Actualis Intimus Consiliarius, Praepositus S. Margarethae de Dömös etc. Damus pro memoria posterorum, quod nos condigna attentione expendentis, quanto studio, diligentia, quamve insigni in publicum fructu Juventutem Nobilem ex tota hac circumjacente Provincia Nitriam sine literarum condiscendarum maximo numero confluentem V. Collegium Nitriense Scholarum Piarum et bonis Literis et in moribus optime erudire non cesset, volentes erga memoratum V. Collegium in ipso Episcopatus nostri primordio gratam nostram mentem etiam Posteris comprobare, aliquo iisdem RR. PP. subsidio prodesse constituimus, quantum nempe pro his temporum circumstantiis pro modulo nostro praestare possumus, majora procul dubio, si Deus clementer vitam nostram ultro quoque conservare dignatus fuerit, praestituri. Itaque illos Mille florenos, quos Illustrissimo Domino Comiti Sigismundo Berényi de Karancs-Berény hoc Anno cur-

rente erga Legale Interesse elocavimus, in memoratum V. Collegium Nitriense transferimus, ita, ut idem V. Collegium de hoc Capitali tamquam omnino in se translato et sibi in omni forma meliore donato, plenam habeat et absolutam disponendi facultatem. Pro hac qualicunque nostra erga Memoratos RR. Patres paterna et amica propensione (quam Deo vitam nobis benigne favente amplius testari volumus) rogamus et petimus, ut anno quolibet unum Sacrum Cantatum pro nobis applicare, et quidem quousque in hac mortalitate vixerimus, tamquam pro vivo in festo S. Joannis Apostoli et Evan. post obitum vero nostrum anno singulo unam Missam de Requiem tempore sibi lubito celebrare, atque ita piam nostri memoriam futuris quibusvis temporibus conservare non graventur. Quia vero non mediocri animum nostrum afficit solatio praeclare tam copiosae Juventutis in Literis, et virtute educatio, volentes, quamquam nostri etiam apud Juventutem, cura memorati V. Collegij successu temporum educandam, relinquere memoriam, pro Theatro Comico, subsidiis nostris feliciter caepto, necessario apparatu, et ornatu successive providendo relinquo in Capitali florenos quingentos, illos, quos ante aliquot dies, Spbli Domino Ord. Vice-Comiti Adamo Dióssij erga Interesse Legale elocavimus, quorum annuus census in nunc declaratum finem de tempore in tempus convertatur. In quorum majus robur et firmitatem has propria syngrapha et sigillo munitas dedimus in oppido Nostro Episcopali Mocsonok die 4-ta. Xbris Anno 1765. L. S. Joannes Gusztini Episcopus Nitriensis m. p.

Ad gratiosum Altelatae Suae Excellentiae mandatum subscripsi  
Ant. Hotta Secretarius m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

96.

1765. febr. 11. Vásárhelyi Máté 2000 forintos ösztöndíj alapítványt tesz a nyitrai kollegium tanulói részére. Dr. Csösz Imre A kegyes-tanítórendiek Nyitrán 787. 1.

97.

1763. Sándor Imre kishindi lakos 300 frtos alapítványt tesz a nyitrai kollegium számára. Status Domus Nittr 1783.



1768. márcz. 31. Puchói Marczibányi Lőrincz a nyitrai kollegium 12 szegény tanulója részére alamizsnás alapítványt tesz.

Nos Capitulum Cathedralis Ecclesiae Nitriensis, memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit Universis. Quod die et Anno emanationis praesentium, Spectabilis, ac Generosus Dominus, Laurentius Marczibányi de Puchó, Sacratissimae Caesareae, S. Apostolico-Regiae Majestatis Consiliarius, nec non Inclytorum Comitatum, Aradiensis, Sijrmiensis, et Csanadiensis Tabulae Judiciariae Assessor. Nostram personaliter veniens in praesentiam, matura imprimis et exacta animi sui deliberatione intra se praehabita, sponte et libere, subnexam piam Fundationalem Fassionem suam Latino Idiomate conscriptam, et concinnatam exhibuerit Nobis, et praesentaverit. Quam praevis sibi perlectam, beneque intellectam vivae etiam vocis suae eloquio ratificavit, et roboravit, tenoris et contextus per omnia sequentis :  
In Nomine Domini Nostri Jesu Christi.

Infrascriptus Laurentius Marczibányi, Sacratissimae Caesareae, Regioque-Apostolicae Majestatis Consiliarius, et Inclytorum Comitatum, Aradiensis, Syrmiensis, et Csanadiensis Tabulae Judiciariae Assessor, recognosco praesentium per vigorem, quod considerans vitae humanae brevitate, et subsecuturam mortalitatem, volensque exinde tam meae, quam et defunctae Dilectissimae Consortis meae, Judithae condam Kvássówszkij animarum refrigerio prospicere, ut videlicet, post mortem etiam meam, Deus ter Optimus, qui testante Psalmo 8. versu 3. In ore Infantium et Lactentium Laudem suam perficit, et Innocentium precibus placatur, laudetur, et glorificetur, perpetuam pro Duodecim Pauperibus Studiosis, annue Florenos Sexaginta constituentem Eleemosynam fundavi, et sine hoc Capitale Mille quadringentorum Florenorum, id est, 1400 fl.-rum erga 5 per Centum Interusurium elocandum, ad manus Venerabilis Capituli Nitriensis deposui, ut abiude proveniens annum Septuaginta Florenorum Interusurium, in perpetuum pro praescripta Eleemosijna applicetur, modo et ordine sequenti :

Sub jnitium Anni scholastici, qui 1-a Novembris, una cum hacce Fundatione mea suum orditur jnitium, Admodum Reverendus Pater Scholarum Piarum Rector Nitriensis. 24-tuor pauperes Studiosos proponet Excellentissimo, Illustrissimo, et Reverendissimo Domino, moderno Diaecesano Episcopo Nitriensi, quem pro Supremo omnium Nostrarum Foundationum Tutore et Curatore, post mortem Ejusdem Suc-

cessores in officio Episcopali, Sede vero vacante Capitulum Nitriense constituo, ex quibus Duodecim sua Excellentia seliget, et pro attacta Eleemosijnaria Fundatione applicabit. Obligatio autem attactorum Duodecim studiosorum erit sequens :

Quovis die Martis, et quovis die Sabbathi finito Sacro Scholastico, quod 10-ma hora celebrari consuevit, attacti Duodecim studiosi ad Portam Convictus venient, et ibidem quinq̄ue Pater et Ave cum subsequenti oratione pro refrigerio Animarum Nostrarum recitabunt, cujus orationis tenor est sequens :

Oremus. Sempiternae Deus, qui Coelum et Terram ex nihilo creasti, et vitae humanae terminum posuisti, respice de sede Majestatis tuae, in famulum tuum Laurentium, et defunctam Consortem ejus Juditham, Benefactores nostros, et per merita amarissimae Passionis Domini Nostri Jesu Christi, et per immensum Thesaurum perforati Lancea Militari Cordis ejus, dimitte delicta eorum, et noli recordari eorundem iniquitatum. Mitte eis Domine auxilium de Sion, ut qui unice in te speraverunt, non confundantur in Aeternum. Firma eos Domine, et eorum Successores, in vera, orthodoxa Fide catholica, ne unquam a vera fide deflectant, et in Laqueum Satanae impingant, et post haec temporalem vitam aeternae Beatitudinis Bravium consequantur. Per Christum Dominum Nostrum, Filium tuum, qui tecum et cum Spiritu Sancto regnat, in Sempiterna Saecula. Amen.

Quibus praecibus absolutis, per praememoratum Reverendum Patrem Regentem constituendus eatenus sive Scholarum Magister, sive vero unus ex convictoribus eatenus ordinandus, praeattactis Duodecim Studiosis, singulo eorundem die Martis 3 Xf-ros, die Sabbathi iterum 3 X-ros, adeoque quavis hebdomada, attactis 12 studiosis florenum 1. X-vos 24-tuor distribuet, quae summa pro integro Anno computata, facit florenos sexaginta, id est . . . . . 60 fl.

Praeterea ordino, ut quotannis Regenti Convictus Nitriensis, pro cura et fatigio, tam quoad tres in mea Fundatione existentes convictores, quam et hos 12 Eleemosijnam percepturos Studiosos, impendenda dentur . . . . . 10 fl.

Hac tamen eidem Patri Regenti obligatione adnexa, ut quotannis die 10-ma Augusti in festo Laurentij, pro me, donec vivam, qua pro vivo, ubi autem mortuus fuero, qua pro mortuo unum sacrum, ita et die 10-ma Xnbris in festo Sanctae Judithae pro defuncta consorte mea, aequè unum Sacrum, in praesentia attactorum 3 convictorum, et 12 Studiosorum legat et persolvat.

Summa : 70 fl.

In reliquo per Vulnera Amarissimae Pássionis Domini Nostri Jesu Christi, Excellentissimum, Illustrissimum, et Reverendissimum Dominum Dioecesanum, et Successores ejusdem Episcopos Nitrienses, Sede vero vacante Idem V. Capitulum, quos Supremos Foundationum mearum Tutores, et Curatores constituo, in Domino obtestamur, ut hocce Institutum meum accurate adimpleatur, et in perpetuum semper suum cursum habeat, nullisque unquam temporibus, sive ad alios usus applicetur, sive alteretur, ut taliter ordinato negotio, Deus post mortem etiam nostram in perpetuum, donec videlicet mundus duraverit, per attactorum 12 Innocentium Studiosorum Orationem, semper laudetur, et glorificetur. Cui sempiterna Laus, Honor et Jubilatio in Saeculorum Saecula. Ameu. Signatum Tornyaë die 31-a Martij, in ipsum Diem Coenae Domini incidente. Anno Millesimo, septingentesimo, sexagesimo, octavo.

L. S. Laurentius Marczibánij de Pucho m. p.

Authoritate, et annutu Excellentissimi, Illustrissimi ac Reverendissimi Domini, Domini Joannis Gusztini Deo et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Nitriensis etc. Domini et Praelati mei, praesentem piam Foundationem, veluti ex pio Zelo, et promovendae Divinae Gloriae Studio profectam, approbo et in omnibus punctis et clausulis ratam habeo. Cujus Suprema cura et administratione Suae Episcopali Excellentiae et Successoribus Episcopis Nitriensibus reservata: onus effectum ejusdem, fuudo perdurante, procurandi, V. Capitulum hoc Nitriense pleno consensu in se recepit. Nitriae die 25-ta Aprilis 1768. Joannes Terlandaj Electus Episcopus Rosouensis. Vicarius Generalis m. p. L. S.

Unde nos super praevio modo nobis exhibita, ac viva etiam voce ratificata et roborata, antelati Domini Patentis, pia Fundationali Fessione, praesentes Litteras Nostras Testimoniales Fundationales sub Sigillo nostro capitulari usitato et authentico Jurium Supratitulati Spectabilis, ac Generosi Domini Laurentij Marczibánij de Pucho (tit) et quorum intererit, futuram ad cautelam, necessarias, extradandas esse duximus, et concedendas, communi suadente Justitia. Michaele Ribinyi Lectore etc.

Datum ipso Festo Sancti Marci Evangelistae, in diem 25-tum Mensis Aprilis incidente. Anno 1768 suprascripto.

L. S. Lecta in Capitulo per Michaëlem Beznák antelati Capituli Cantorem, et Canonicum. m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

1768 márcz. 31. Marzibányi Lőrincz 12 szegény tanuló ruházására  
alapot tesz le a nyitrai káptalannál.

In Nomine Domini Nostri Jesu Christi.

Infrascriptus Laurentius Marzibányi de Pucho etc. hodierna die ad manus V. Capituli Ter mille centum octoginta quinque florenos deposui erga Interusurium quinque pro centum elocandum, modo et ordine sequenti: Ex capitalis 3185 fl. annuo interusurio proveniunt 5 pro centum computando, centum quinquaginta novem floreni 15 xr.

Hos itaque 159 florenos 15 Xros eousque, quoadusque videlicet praeattactarum Nr. 1-o et 2-o signatarum Fundationum mearum 15700 florenos constituens capitale erga 6 per centum Interusurium ad locum aliquem securum elorari poterit, V. Capitulum Nitriense in 12 pauperum studiosorum, quorum fundationem sub Nr. 3-o die 31 Martii Anno nunc currente 1768 in hoc V. Capitulo Nitriensi feci, vestitum convertat modo et ordine sequenti:

Sub initium anni Scholastici V. Capitulum P. Regenti Convictus Nitriensis consignabit attactos 159 florenos 15 Xros, qui praefatis 12 studiosis vestes curabit fieri modo et ordine sequenti:

Pro unius studiosi vestibus ex hac summa competunt annue 13 fl. 15 Xri.

Emet itaque R. P. Regens 3 ulnas panni Puchoviensis caerulei coloris coelestini pro unius talis studiosi vestibus, utpote chlamide, Galigis et uno pectorali, qui pannus forensi pretio emi solet ab uno flno adeoque pro 3 ulnis veniunt . . . . . 3 fl --- Xri

Sartori pro chlamidis suitione . . . . . " 45 "

pro Galigarum suitione . . . . . --- " 15 "

pro pectoralis suitione . . . . . " 15 "

pro 16 ulnis rubrae Zonae laeae . . . . . -- " 16 "

pro flavis nodis cupreis . . . . . " 30 "

pro nodis cupreis ad pectorale . . . . . — " 12 "

pellioni pro chlamydis circumferentia cum pelle nigra agnina . . . . . 2 " --- "

pro subductura ex materia laeae, sive halbráss, sive Paja, coloris viridis, ut talismodi chlamydes etiam de aestate portari possint . . . . . 1 " — "

pro tela ordinaria ad subducturam pectoralis . . . . . — " 12 "

pro 2 paribus calceorum ex pelle vitulina,	
vulgo topánka . . . . .	2 fl — Xri
pro uno petaso . . . . .	— „ 45 „
pro uno colipendio ex tela nigra . . . . .	— „ 30 „
	Summa : 13 fl 10 Xri

Posteaquam itaque praeattacti in mea Nr. 3-o signata, et subdato 31 Martij in anno nunc currente 1768 emanata, inque V. Capitulo hocce Nittriensi reposita fundatione contenti 12 Studiosi modo praevio vestes aquisiverint, attunc praeter obligationem illam, quam die Martis et die Sabbathi recitando 5 Pater et Ave ad portam Convictus Nittriensis cum praescripta inibi oratione pro mea et dilectissimae condam consortis meae Judithae Kvassovsky anima peragent, habebunt novam obligationem, ut videlicet quavis die finito sacro Scholastico 5 Pater et Ave cum oratione sibi praescripta recitent, ita quovis die Martis et Sabbathi Litanias Lauretanas ante attacti Convictus portam pro Animabus nostris decantent.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

100.

1768. szept. 8. Marczibányi Lőrincz alapítványt tesz a nyitrai kollegiumra.

In Nomine Domini nostri Jesu Christi.

Infrascriptus Sacratissimae Caesarae et Regio-Apostolicae Majestatis Consiliarius et Inclytorum Comitatum Aradiensis, Csanadiensis et Syrmiensis Tabulae Judiciariae Assessor recognosco praesentium per vigorem; quod Ego considerando Decretum Dei immutabile, quo innuit apud S. Paulum Epistola ad Hebraeos capite 9-o versu 27: Statutum esse omnibus mori; praesentiensque Diem resolutionis meae imminere, ad illud itaque iter aeternum memet vita durante praeparare volens, ut videlicet per Sacrificia Missae, Vivumque Holocaustum Deus teroptimus pro meis et dilectissimae condam Conjugis meae Nobilis Dominae Judithae Kvassovskij peccatis placetur, et per Sacrificia Missae post mortem etiam meam in perpetuum, donec videlicet Ordo P. Piaristarum praexstiterit, laudetur et glorificetur in Ecclesia attactorum P. Piaristarum Nittriensi Centum Trigiuta Sacra quotannis indispensabiliter in praescriptis eatenus diebus in perpetuum legenda fundare decrevi, prout et praesentium per vigorem fundavi, et pro

talismi modi 130 Sacris Capitale Mille Tercentorum Florenorum id est 1300 florenorum in bona, currentique aurea et argentea Moneta ad manus A. R. Domini Patris Provincialis per consequens medio ejusdem ad manus totius Almae Provinciae Hungaricae P. Piaristarum deposui, ut videlicet Alma Provincia attactum 1300 florenorum Capitale erga quinque per Centum Interesse elocari faciat et proveniens abinde Interusurium Sexaginta quinque Florenorum Collegii Nitriensis Patri Rectori admanuet, qui accurate in praescriptis diebus Fundata 130 Sacra indispensabiliter legi curabit. Quorum Sacrorum etc.

Sacrorum virtutem Deus pro meis et dilectissimae condam conjugis meae, praememoratorumque antenatorum meorum peccatis placetur; Cui sempiterna Laus, Honor, Virtus, Jubilatio in Saecula Saeculorum Amen. Signatum Tornyaee in festo Natae Reginae in diem 8. 7bris. Anno 1768 incidente. Laurentius Marczibány de Pucho m. p. L. S. Praeterea considerando Sacrorum horum perpetuitatem et ejusdem V. Collegij Nitriensis in secundandis meis intentionibus animi propensionem adhuc 200 flnos superaddo sine praemisso aequae ad Interusurium elocandum, adeoque insimul erit hujus foundationis Capitale fl. 1500 id est mille quingenti floreni per me effective V. Provinciae depositi et numerati.

Idem qui supra Laurentius Marczibány de Pucho m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

101.

1768. nov. 4. Marczibányi Lőrincz az alamizsnás tanulók kijelölését a kollegium rektorára bizza.

Infrascriptus recognosco praesentium per vigorem, quod posteaquam Ego in fundatione mea Nr. 3 facta, nonnullas difficultates in eo observassem, quod in delectu 12 Juvenum Eleemosinam percepturorum retardatio sequeretur, si illi deberent Excellentissimo ac Illustrissimo Domino Diaecesano aut Sede vacante V. Capitulo praesentari. Hinc paragraphum eundem fundationalium mearum Literarum Modificandum esse duxi taliter. Ut videlicet sub initium 9bris solus Pater Rector Nitriensis cum Scholarum Praefecto pauperum studiosorum notitiam optime habens deligat, et anno venturo successivisve temporibus omnem circa eos dispositionem suscipiat, in cujus robur et firmitatem has meas eatenus extradedi Literas.

Signatum Tornya dje 4. 9bris 1768. L. S. Laurentius Marczibány de Pucho. Sacrae Caes. Regiaeque Majestatis Consiliarius et J. Comitatum Aradiensis, Syrmienensis et Usanadiensis Tabulae Judiciariae Assessor.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

102.

**1770. aug. 27. Forgách László gróf a nála elhelyezett tőke fejében átenged a kollegiumnak Nyitrán egy házat minden hozzá tartozóval együtt s alapítványt tesz.**

Quandoquidem cum Admodum Reverendis Patribus Piaristis Venerabilis Collegij Nitriensis iurata facta conventionione, Domum meam in Civitate Nitriensi, in eodemque Comitatu aequae existentem, una cum Allodio, Vineis, Pratis et Agris in Florensis 4000 id est quatuor Mille Rhenensibus manu misissem et cessissem, eo Jure videlicet, quo ego possedi, et possidere potuissem, una cum eliberatione praedictae Domus Nitriensis, et quidem sub his sequentibus conditionibus:

1. Ut ex debito passivo meo, quod haberem apud suas A: Reverendas Paternitates in parata Pecunia pro praescripto bono defalcantur Floreni 3500 id est Ter millo quingenti, in qua summa, ut suae A: Reverendae Paternitates ut Cessionarij libere et pacifice usuare possint in praescriptis Florensis 3500.

2. Quoad porro residuos Florenos 500 Rhenenses; eosdem lego pro sacris ita, ut pro Demortuis universae Familiae Forgách annue celebrentur Sacra 30 id est Triginta. In cujus elegantiore Fidem adhibendam Chirographo proprio, sigilloque usuali corroboro. Datum Ghijmes 27-a Augusti 1770.

Comes Ladislaus Senjor Forgach. m. p. L. S.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

103.

**1772. máj. 6. A piaristák kertek kérték a vármegyétől.**

Anno 1772. Die 6-a Mensis Maij celebrata est Gen. Congregatio Inelyti Comitatus Nitriensis in Arce Nominis ejusdem. Sub praesidio etc.

Sub eadem 6-a Aprilis. Quibusnam ex motivis Pater Rector et reliqui Collegij Nitriensis Piarum Scholarum Religiosi Hortum moderata a Civitate distantia dissitum, in quo hasce in Litteras incumbentium Animi fine conservandae Valetudinis interdum recreentur, in Terreno inferioris Civitatis Nitriae sibi excindi desiderent; instantia praefati Collegij eo fine Universitati Comitatus communicatur, ut audito superinde praeattactae Civitatis Magistratu, ipso pariter Terrestrali Dominio ac ipsis etiam supplicantibus, Suam eatenus informationem Universitas Comitatus Excelso Consilio Regio Locumtenentiali submittat, quae etiam ex affuturo Concursu audito tam Dominio Terrestrali quam et Senatu Civico in Humili Obsequio submittetur.

Másolat. Protoc. Iuclyt. Com. Nitr. ab Anno 1771—1774. Másolta Juhász Árpád.

104.

**1773. aug. 30. Rendfőnöki látogatás és ezen alkalomból hozott rendeletek.**

In Nomine Domini Amen!

Anno Domini 1773. die 19 Augusti venit Szenczino in hancee domum nostram Nitriensem A. R. P. Praepositus per Hungariam Provincialis Sigismundas Orosz ab Angelo custode cum suo P. Secretario Eduardo Bulla a S. Theresia pro Visitatione canonica, jam alias per literas annunciata, et rursum altero ab adventu die toti communitati praesenti intimata. Quibus ita praemissis, peractisque peragendis, quae videlicet principio visitationis fieri, agique consueverunt, convertit se idem P. Praepositus Provincialis primo ac praecipuo loco ad visitandas aliquot dierum intervallo Scholas, mox ad examina Studentium tam Theologorum, quam et Philosophorum. In utroque hocce, tam Scholasticorum, quam et Studentium nostrorum tentamine cum se, ob data ab his egregia responsa magno perflusum solatio sensisset, vidit et inspexit administrationem oeconomicam domus ex libris dati et accepti, quam pariter in praesenti paupere statu nostro accuratiorem, pingvioremque, quam vulgo existimaverit, deprehendit. Denique auditis compluribus privatim personis, quas audiendas in Domino judicaverat, ex iis, quae vidit, audivit, et decursu visitationis didicit, pauca sequentia pro maiori emolumento, et decore habitantium in hac domo statuit observanda.



*Primo* Cum Anima Instituti nostri sit Juventutis Fidei et Curae nostrae creditae institutio, ex qua omnis commendatio nostra pendet; satagant omnes Religiosi nostri, quidquid ad hunc finem quoquo modo spectat, efficere et collaborare, ut Juventus nostra exemplo etiam eorum, qui eis immediate praepositi haud sunt, aedificetur, tam domi, quam foris; omni denique data occasione confessiones statas menstruas audire nemo recuset, immo maxima, qua fieri potest attentione, quam tantum munus ac ministerium flagitat, exequatur. Ipsi Convictuales etiam ita munera sua partiantur, ac inter se dividant, ut semper aliqui adsint, qui summo hocce charitatis officio defungantur una cum Collegialibus. Spectabit vero ad P. Scholarum Praefectum, medio saltem semper die praevis omnibus Patribus Confessiones menstruas annuciare, eosque invitare.

*Secundo.* Studentes nostri ad boni exempli odorem et famam exteris etiam, sed praesertim Juventuti nostrae spargendam, caveant summo opere, dum foras recreationis causa prodeunt, ab omni eo, quod saecularium oculos et aures quaqua ratione offendere posset: a gesticulationibus scilicet, a clamoribus, et a fumo tabacae, commendaturque impense P. Rectori, contra ejusmodi vanitatem spirantes seria animadversio.

*Tertio.* Sicut omnibus, et singulis prohibetur rerum ad usum sibi concessarum, paupere Religioso indigna ostentatio; quare tam horologiis, quam chlamydis, quam et pixidibus pretiosioribus, ad necessitatem tantum utantur, ne et se derisui saecularium exponant, et pusillorum scandalum hac agendi ratione efficiant. Qui secus egerint, liberum erit P. Rectori Loci, eos rebus ad usum sibi a Nobis concessis privare.

*Quarto.* Status Domus concinnetur una cum suis inventarijs in singulos annos, atque ita concinnatus libro consueto accurate, diligenterque inscribatur. Sicut et Historia Domus, vel saltem Diarium Historicum fideliter continuetur, vel si coeptum nondum est, quam primum inchoetur.

*Quinto.* Fiant redditiones conscientiae statis singulis mensis diebus apud P. Directorem vel Vice-Directorem, vel etiam ipsum P. Loci Rectorem ab omnibus iis, qui in Professorio constituti sunt. Ab hoc enim pio, et Religiosis omnibus usitato opere plurima dependent bona, quae usu ipso et experientia norunt ii, qui talia bebata cum accuratione agunt et frequentant.

*Sexto.* Qui nimia celeritate tremendum Missae Sacrificium celebrando, et se fructu debito spirituali privant, et adstantes tanto Sacrificio offendunt, cum iis agatur, ut praescribit Encyclica plae memoriae

Generalis Josephi Guria singulis annis post instaurationem studiorum ad mensam publicam legenda.

*Septimo.* Ad majorem fidelium aedificationem, quantum fieri potest, certus semper in sacris ordo servetur, et qui hora sua adesse non potest, admoneat alium, qui vices suas obeat.

Missa Conventualis semper ad Aram majorem celebretur. Denique in Orationibus nostris consuetis, praesertim vero in Litanii omnium Sanctorum vesperi recitari solitis S. Patris nostri nomen ante alios ordinum Fundatores, et invocatio nunquam praetermittatur. Quibus ita constitutis praesentibus subscripsit. Nitriae die 30 Augusti 1773. Sigmundus Orosz ab Angelo Custode Praepositus Provincialis m. p. Eduardus Bulla a S. Theresia Secretarius m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára. Lib. II. Ord. Gen. Prov.

105.

**1773. decz. 24. Juhász Pál végrendeleti hagyatéka a nyitrai collegium javára.**

Atyának, és Fiúnak, és Szent Lélek Ur Istennek nevében. Amen.

Mivelhogy az mindeneknek alkotója mindenható Főlséges Ur Isten ez világnak mindenneműségit csupán egy vigre alkotta, és teremtette légyen, aki is csupán csak halál, és mulandóságh stb.

Lelkemért fundatióra Nittraj PP. Piáristáknak három száz forintokat id est fl. 300 . . . . Mely Testamentalis Dispositiommak nagyob álandóságára, és ell hitelire, adom ezen saját kezem kereszt vonyasával, usualis Pecsetemmel meg erősített, ezen uri általam requirált, és egyben gyült coramizans személyek előtt Testamentaria Dispositiomat. Actum Komjáth dje 24 Xbris 1773. Juhász Pál m. p. L. S. Coram me Joanne Mistik Parocho oppidi Komjáth Teste requisito m. p. L. S. etc.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

106.

**1774. A m. kir. Helytartótanács felhívja a nyitrai piáristákat, hogy eddig követett tanrendszerükről kimutatást terjeszszenek fel.**

Initio hujus anni transmissa sunt ab Excellentissimo Praesule sequentia puncta ex Intimato Excelsi Consilii Regii, quae scilicet nos concernebant, decerpta, et ad quae responsiones petitae sunt.

Sequuntur puncta:

Primo: Quae in singulae Dioecesis uno vel alio loco inferiores, vel etiam altiores Scholae tradantur?

Secundo: Quae sit vicinia et distantia unius loci ab altero, ubi rursum tales scholae, seu humaniores, seu altiores existant?

Tertio: Nomina Professorum docentium secundum classes in singulo loco; nec non

Quarto: Status et conditio eorum; prout et

Quinto: Salaria ipsorum, specificè connotentur et indicentur.

Sexto: Ex quali fundo hactenus salaria talismodi deputabantur; numve, quales, et per quos factae in hoc, vel illo Scholarum loco? quibusve conditionibus affectae pro Scholis exstant Fundationes? aut quo ex instituto, seu per cujuscunque ordinis Religiosos, seu ne fors clericos et seculares etiam hic vel ibi Scholae tradantur.

Septimo: Cum in Regno hoc per Episcopos quoque institutae Scholae dentur, hae etiam quali fundo provisae, qui ibi docentes? quis status? ac quae harum circumstantiae et conditiones? Secundum hasce rubricas genuinè referatur.

Octavo: Quae in singulo loco et Schola tradendorum studiorum methodus, et norma, ita quis temporis et horarum ordo observetur? Quis item horum Superinspectionem habeat et Directionem?

Nono: Qui in singula classe observentur praelectionum libri et Authores? ac

Decimo: Quis in singulo tali loco sit numerus studentium.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 183—184.

107.

1774. febr. 1. A nyitrai piaristák a m. kir. Helytartótanács kívánatára kimutatást terjesztenek fel eddig követett tanrendszerükről.

Responsiones die 1-a Febr. 1774. datae.

Ad 1-um. Scholas in Dioecesi hac tradi Nitriae et Trenchinij publicas usque ad Rhetoricam. Nitriae privatim Philosophiam et Theologiam.

Ad 2-dum. Nitriae proximam esse Tyrnaviensem Universitatem, eamque inde 5 Milliaribus distare, Comaromium 6. Prividiam 7.

Ad 3-um, 4-um, 5-um. Docentes Nitriae sunt Viri Religiosi Scholarum Piarum, quorum quam moderata beneficentia Fundatorum

sint relicta salaria, ex Summis Fundationalibus Excelso Consilio Regio demisse jam porrectis, sat est manifestum.

Ad 6-tum. Nittriae viris suis Salaria ex paulo ante dictarum Summarum Fundationalium interusuriis proveniunt; quodsi hi fontes, ut fieri assolet, siccentur, ad Suae Excellentiae Episcopalis aut Dominorum Capitularium, aut etiam aliorum Benefactorum opem recurritur.

Ad 7-um. Respondebitur ad quos pertinet.

Ad 8-um. Methodus Scholarum Nittriensium vi instituti nostri, cujus finis est juventutem et probis moribus et bonis artibus expolitam bono publico praeparare, haec est, et quidem 1-mo. Quod ad distributionem temporis, duabus cum dimidia ante meridiem, totidem horis post meridiem studiis vacatur, et quidem duae illae horae formando ingenio destinatae non solum linguae latinae nitidiori condiscendae impenduntur, verum etiam Ortographiae, Historiae, Geographiae, Chronologiae, pro ratione videlicet aetatis et Classium Juventutis. 2-do. Studiorum diebus duo intra hebdomadam intericiuntur Vacationis a studiis vulgo recreationis dies, qui tamen in quadragesima aliquantum arctantur. 3-tio. Dies media in hebdomada exercitio elegantioris scripturae est destinata, qua peculiaris Scripturae Magister modum concinne formandorum characterum et Latinorum et Germanicorum Juventuti exhibet, eosque quodammodo manu ducit. 4-to. Pomeridianum diei Veneris tempus in exercitio Arithmeticae insummitur, designatis pro ratione classium speciebus, ita ut teneriores usque ad Principia in simplicibus solum speciebus et Tabella Pythagorica; — Majores his in compositis, istis denique majores in Fractis et ipsis Regulis Arithmeticis exercitentur. 5-to. Ad exhibendum Specimen, quantum profecerint juvenes, quaelibet classis quovis trimestri examen de rebus pertractatis coram Religiosis congregatis subire debet, et ut in agendo expeditiores evadant juvenes, plerumque Dialogum aliquem per Moderatorem moribus formandis concinnatum declamando recitant initio. 6-to. Diebus Dominicis ac Festis mane per horam pietatis exercitio et Cultui Divae Virginis asvescit juvenus; a meridie vero minores Grammatistae doctrinam cateheticam in Ecclesia excipiunt, reliqui in oratorio sermone latino ad virtutes excitantur. 7-mo. Quod ad superinspectionem attinet, praesto est vigilantia Praefecti Scholarum, sollicitudo Rectoris Collegii, et denique inspectio visitantis ipsiusmet Provincialis.

Ad 9-um. Praeter libellos Praeceptionum Alvarii usque ad Poesim, et in Rhetorica praeter Praeceptiones Carbonarii, in Classibus Elementaribus proponuntur delectae ex Stobaeo, aut Epicteto planiores sententiae. In Principiis explicantur faciliores et breviores Ciceronis Epistolae: item Fabulae Aesopi. In Grammatica Phaedri Fabulae, et ex Cor-

nelio Nepote celebriorum quorundam virorum vitae. In Syntaxi Epistolae Familiares Ciceronis, aliquid ex Commentariis Julii Caesaris aut Curtii Historia. In poësi Mythologia; odae Horatii, Ovidii Tristium, ac de Ponto, exque Bucolicis aut Georgicis Virgillii nonnulla. In Rhetorica denique explicatur aliqua Ciceronis aut Demosthenis oratio vel etiam Liber Partitionum, aut de Officiis, aut Rhetoricorum, aut ex historia Livii, Sallustii; Nieuport de Antiquitatibus Romanis, et aliquid ex Aeneide Virgillii.

Ad 10-um. Numerus studentium solet esse circiter mille.

Másolat. Hist. Dom. Nitr. Lib. I. p. 184—186.

108.

1777. május 15. A szegény tanulók pénzeinek kezelése, a vallási társulatok vezetése és az iskolai színjátékok ügyében. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende P. Localis Director, mihi observandissime!

Sua Maiestate Sacratissima Caesareo-Regia et Apostolica clementer resolvente, ne dispensatio pecuniae inter Studiosos pauperes distribuendae ab officio Localis Directoris aut Praefecti studiorum; cura vero Congregationis studiosorum ab officio Exhortatoris et Catechetae avellatur: Benignam hanc resolutionem et ordinationem Caesareo-Regiam Paternitati Vestrae Admodum Reverendae hisce eo fine intimari, quo eadem pro casu, quo praemissa ratione aliquam pecuniam studiosis distribuendam habitura esset, superinde rationes ducere, Exhortatorem vero Gymnasii ad dandas super pecuniis Congregationis rationes inviare, confectas denique utriusque ordinis rationes pro re nata quolibet semestri mihi, qua Superiori Regio Studiorum Directori ex officio submittere non intermittat.

Quod concernit questionem Paternitatis Vestrae in eo positam, num Juventus Scholastica rebus Dramaticis exerceri possit: si quidem contraria mens, et intentio Suae Maiestatis Sacratissimae vel inde etiam satis luculenter pateret, quod in novis scholasticis aedificiis Theatra Gymnastica ubique locorum cassaverit; Eadem a similibus exercitationibus, velut contra mentem Altesatae Suae Maiestatis Sacra-

tissimae suscipiendis, omnimode abstinebit. In reliquo piis ad Aram praecibus commendatus maneo Admodum Reverendae Pateritatis Vestrae  
Posonii die 15 Maii 1777. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

109.

1777. junius 5. Az iskolai famulusok curator nevet kapnak. A pozsonytank. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende P. Localis Director mihi observandissime!

Ex quo relatum haberetur, homines meliorum qualitatum, ac nobilis etiam conditionis officium Famuli gymnasii assumpturos fuisse, si non famuli, ast alio quopiam honoratiore nomine officium isthoc compellaretur; hinc Sacratissima Sua Maiestatas Benigne resolvere dignata est, ut deinceps non famuli, verum potius honoratiore Curatorum Scholarium aedificiorum nomine penes idem tamen salarium compellari possint, officio caeteroquin ipsorum per omnia eodem permanente.

Quam proinde Benignam ordinationem Caesareo-Begiam Admodum Reverendae Paternitati Vestrae pro debita eius effectuatione, dandaque iis, quorum interest, notitia hisce de Altissimo Jussu Regio significandam esse duxi. In reliquo piaè ad aras memoriae commendatus persisto. Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae

Posonii 5 Junii 1777. Ad officia paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

110.

1777. julius 27. Gusztinyi János nyitrai püspök alapítványt tesz 3 nyitrai gymn. tanuló felruházására.

Testamenti puncto octavo:

Pro tribus insuper probis, et bonae industriae pauperibus in Gymnasio Nittriensi Studiosis, quotannis vestiendis lego florenos mille.

Cuius Foundationis effectum P. Praefectus Scholarum conscientiose procurabit.“

Fenti hagyatékot Hyross Sámuel igazgató átveszi Gyattel Antal végrendeleti végrehajtótól:

### Quietantia

Super florenis mille, quos vigore Puncti octavi Testamentariae dispositionis Excellentissimi ac Reverendissimi condam Domini Joannis *Gusztini*, Episcopi Nitriensis, pro stabili Fundatione trium pauperum e Gymnasic Nitriensi quotannis vestiendorum Studiosorum, per resignationem duplicis Chartabiancae Spectabilis Domini Michaelis Ürményi, nunc Secretarii Cameralis, Domini Executores Testamenti deposuerunt. In cuius rei fidem subscribo Nitriae die 27-a Mensis Julii 1777.

P. Samuel Hyross  
Gymn. Mai Dir. Loc. m. p.

A nyitrai gymnasium levéltára. Rationes Gusztinianaë Fundationis Lib. Pars. II.

### 111.

1777. okt. 1. Az új tanrendszer sikeres keresztülvitele ügyében.  
A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Adnodum Reverende P. Localis Director mihi observandissime!

Non sine ingenti consolatione intellexit Sua Maiestas Sacratissima ex norma studiorum, quam anno evoluto 1776. generaliter dumtaxat praescripserat, sub directione Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii, atque zelosa Dominorum Superiorum Directorum Regionum Districtualium cooperatione in re scholarum sub decursu praesentis anni scholastici eas progressionem factas esse, quae spem faciant certissimam, universum educationis, rei que litterariae systema, cuius nonnulla tantum principia anno superiori declarata sunt, optimo cum successu introductum iri.

Quare, ne spes, quas ex nova hac scholarum, et studiorum regulatione Sacratissima Sua Maiestas concepit, fructusque amplissimi, qui abinde in publicam felicitatem dimanare possunt, longius differantur, in id Sacratissima Sua Maiestas animum advertit, ut Systema hoc quamprimum elaboretur, ac clementer approbatum, typisque vulgatum in Universitate Regia, Academiis item, et Archi-Gymnasiis, nec non

cunctis aliis scholis publicis, sed et per universum Regnum, omnesque Ordinarios, Religiosorumque Ordinum Superiores primo quoque tempore publicetur, atque pro introductione, effectuatorumque executione iis, ad quos pertinet, altissimo nomine Regio praescribatur.

Huius proinde libri, cui titulus: *Ratio educationis, totiusque rei litterariae per Regnum Hungariae, et Provincias eidem adnexas*, et in quo cuncta ea, quae in re studiorum, et scholarum universae observanda Sua Maiestas clementer mandat, continentur, 4 exemplaria Paternitati Vestrae Admodum Reverendae eum in finem advolvo, quo unum quidem pro usu proprio, et privata officii sui instructione, cetera vero inter Professores Gymnasticos, Directioni suae locali commissos, pro capienda totius systematis studiorum cognitione distribuat . . .

Porro decrevit Sua Maiestas Sacratissima, ut tam Directores, quam et universi Doctores, atque magistri in re studiorum semet distinguentes, aut extraordinarias praelectiones facientes peculiarem remunerationem ex distincta hunc in finem Summa obtineant.

Cum autem ad executionem huius novi Litterarii Systematis instituti potissimum necessarium sit, ut praescripti libri tam pro ipsis Magistris, quam et discipulis comparentur; ideo respectivis Facultatum Directoribus, utpote Juridicae, Philosophicae, nec non Artium Liberalium Directoribus iniungendum praecipit Sua Maiestas Sacratissima, ut praescripti pro Facultatibus suis libri iuxta praescitum Systema quamprimum procurentur; ac illi quidem, qui iam habentur in Universitatis Typographia, reimprimantur; illi porro, qui in aliis linguis editi sunt, quamprimum in latinum idioma per idoneos vertantur, ac ita typis mandentur; illorum autem, qui noviter componi debent, elucubrationem quamprimum procurent, ac eousque, donec ipsa opuscula edi potuerint, saltem systema cuiuslibet studii praescripti, ac positiones Doctoribus ad id ordinandis tradant, quo secundum illas institutiones suas futuro anno scholastico cohaerenter ad ipsum Systema litterarium inchoare valeant. Benigne autem assecurat Sua Maiestas Sacratissima, quod tam antelati Directores, quam et illi, quorum opera usi fuerint, competentem fatigiorum suorum recompensam ex ipso Typographiae Universitatis fundo, in quem multa exhinc commoda redundabunt, obtenturi sunt. Illud tamen hic peculiariter declaratum vult Sua Maiestas Sacratissima, ne ullus liber scholasticus praescribatur, qui ope ipsius Senatus Universitatis Regiae Suae Maiestati medio Serenitatis Regiae, et Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii pro clementissima approbatione praevis repraesentatus non fuerit, ac benigna Suae Maiestatis resolutio desuper secuta. Quia vero Directores hi absque nonnullis expensis delata sibi provincia defungi vix poterunt,



ideo iisdem eatenus recursum facturis sumptus necessarios ex Fundo Studiorum assignari vult Sacratissima Sua Maiestas; de quibus tamen qualiter erogatis debitam suo tempore specificationem Suae Serenitati Regiae, et Excelso Consilio Locumtenentiali Regio medio Superiorum Regionum Studiorum Districtualium Directorum exhibituri sunt.

Apud Praefectum Typographiae ordinatur, ut eos libros, quos saepefati Directores pro usibus scholarum iuxta novum Systema Litterarium imprimi voluerint, illico sepositis aliis laboribus typis mandari curet, ac in fronte cuiuslibet ordinarii scholastici libelli pretium, quo in officina libraria ipsius Typographiae Universitatis haberi possint, imprimi curet, ne videlicet per excessivam illorum medio bibliopolarum, ac compactorum instituendam venditionem publicum quoque modo prematur. Una autem illas quoque dispositiones factururus est idem Typographiae Praefectus, ut eiusmodi libros in depositoriis quoque aliis librorum ad Universitatis Typographiam pertinentibus sufficienti numero pro scholasticorum usu in tempore administrari procuraret: ipsi autem Directoribus, et scholarum moderatoribus gratuito nunc initio dentur.

Ceterum pro praefato concursu termino, videlicet 1-a Mensis Octobris anni currentis Praesidem Academiae Tyrnaviensis, Locales item Directores Poseniensem, et Trenchiniensem e Districtu Poseniensi Directioni meae clementer concredito ad Liberam Regiamque Civitatem Budensem de benigno iussu Regio finem in illum exmiseram, ut ibi semet coram Sua Excellentia Domino Iudice Curiae Regiae, Excellentissimo Domino Universitatis Praeside, et Illustrissimo Domino Consiliario Aulico Ūrményi, Commissione utpote Regia, sistendo in mutua cum Directoribus Facultatum Juridicae, Philosophicae, nec non Humaniorum concertatione sub praesidio ipsius praeattactae Commissionis Regiae pro delectu Professorum faciendo peculiariter delegatae de modo introductionis huius Systematis Litterarii, deque procuratione necessariorum librorum, ac istrumentorum mutuam consilium ineant, atque debitam respectu omnium requisitorum directionem accipiant. Ubi tandem praevio modo quoad omnia sufficienter instructi fuerint, reduces pro Dato 15-tae eiusdem Mensis Octobris una cum ceteris omnibus Districtus Poseniensis, curae et Directioni meae concrediti, Localibus Directoribus, quibus sub hodierno necessaria intimantur, isthuc Posonium, primum videlicet eiusdem Districtus mei locum compareant, ut taliter in congressu, termino et loco eodem per me celebrando, reliqui etiam Locales Directores circa modum effectuationis eiusdem Systematis Litterarii sufficienter instrui, ac cum initio futuri anni scholastici novum hocce Systema Litterarium in scholas Districtus clementer mihi concrediti ubique introducantur.

Quae proinde Paternitati quoque Vestrae Admodum Reverendae pro notitia, ac finem in eum hisce praescribuntur, ut Eadem quoque pro attacto diei 15-ae Octobris termino isthic Posonii semet inomisse sistere noverit. Cum autem exmissi ex quolibet Districtu Locales Directores iter suum Budam, sed neque reliqui ad locum primum Districtus citra sumptus facturi sint: ideo iisdem ac consequē etiam Paternitati Vestrae sumptus itinerarios moderato calculo specificandos, et medio mei repraesentandos, ex Fundo Studiorum bonificandos, resolvit Sua Maiestas Sacratissima. Una autem Paternitatem Vestram inviandam duxi, quo in quibusvis dubiis occurrentibus casibus cum Directoribus Facultatum in Universitate existentibus etiam litteratorias correspondentias facere non intermittat; copias vero omnium expeditionum ad Universitatis Directores factarum, et receptorum mihi de tempore in tempus fideliter submittat. In reliquo cum propensione maneo Paternitatis Vestrae Admodum Reverendae

Posonii die 1-a Octobris. 1777. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

112.

1777. deczember 20. Hyross Sámuel igazgató buzgalma legfelsőbb helyen elismerésben részesül. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Informationem semestralē pro secundo anni scholastici evoluti semestri de profectu studiosae Juventutis in Gymnasio Nitriensi mihi exhibitam, quemadmodum cum laude industriosae Paternitatis Vestrae Admodum Reverendae hic loci in culturam linguae Germanicae impensae cooperationis medio Suae Serenitatis Regiae, et Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii Suae Maiestati Sacratissimae repraesentavi; ita hanc plena cum sui complacentia et satisfactione percipere dignata est atefata Sua Maiestas Sacratissima. Dum proinde zelum hunc in promovendam rem litterariam, signanter in lingvam Germanicam excolendam ultronee commendarem, ac serio iniungerem; una eidem Paternitati Vestrae Admodum Reverendae hisce comittendum duxi, ut classes scholarum, si quae forte binae per unum idemque individuum docerentur, illico separare, et in conformitate benigni studiorum systematis

per singula eatenus destinata individua separatim doceri facere, meque de effectu qualiter subsecuto illico informare non intermittat. Qui ceteroquin cum propensione maneo Admodum Reverendae Peternitatis Vestrae

Posonii 20-a Decembris 1777. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

113.

**1778. Medveczky István plebános 200 forintos alapítványt tesz a nyitrai kollegium javára. Fassinio de Piis Foundationibus Collegii Nitriensis 1783. A nyitrai k. r. ház levéltára.**

114.

**1778. Száraz Katalin báróné 6000 frtos alapítványa, illetőleg Száraz György piarista renunciacziója a nyitrai kollegium javára.**

Másodsor. Föllyebb irt 5000 fl. Fiamnak halála után örököss fundatio képpen Szent-Szerzetnek maradjon, annak emlékezetire, azou Collegiumban, avagy Residentiában, a hova azon Summa rendeltetik, tartozzanak a Szerzetessek minden holnapban két pénteken egy egy missét boldogh emlékezetü üdvözült Uram Báró Száraz György lelkeért; és minden holnapban két szerdán hasoló képpen két missét, az én lelkemért elmondani.

Nem különben

Harmadsor. A Hatodik ezer forintnak Interessét 6 per centum számlálván, tészen 60 rhen. forintokat, melyet a többivel edgyütt örököss Fundationak titulussa, és kötelessége alatt Szent-Szerzetnek, olly magyarázattal rendeltem; hogy minden esztendőben 15 Szent-Missét fellyebb irt Szegény Uram Báró Száraz György lelkeért; ugyan 15 Pintek napon; más 15 Szent-Missét pediglen éltomben Nepomuki Szent János Tisztességére érettem tizenött Szerda napon; holtom után pedighea lelkemért, mostani és jövendőbeli Pater Provincialis tartozik elmondani és szolgálni.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Kátsor Keresztélynek a rend központi levéltarából 1783. aug. hó 26-án kiadott másolata szerint. Az alapító levél 1733-ban kelt. Az alapítvány 1778-ig P. Száraz György

hőesküdött áldozópap tisztességese elartására szolgált; csak ennek elhalálózása után, a mi a fent jelzett évben, aug. hó 4-én következett be, szállott át ezen alapítvány a nyitrai kollegiumra, melyben a megboldogult élt.

115.

**1778. január 13. A nemesi konviktus házi rendjének az iskolai tanmenettel való egyeztetése ügyében. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime.

Isthic in originali advolutam Patris *Alexandri Butsy* Convictus Nobilium Nitriensis Regentis circa ordinem domesticum qualiter servandum depromptam informationem, erga tamen eiusdem in specie remissionem, Paternitati Vestrae Admodum Reverendae eum in finem transmittito, quatenus eiusdem continentias cum scholastico cursu combinare; et adnotatis suis superinde reflexionibus, una super eo etiam genuine in conficienda peculiari Tabella me informare non intermittat. Qui ceteroquin solita cum propensione maneo Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae

Posonii 13-a Januarii 1778. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

116.

**1788. január 23. Intézetünk 100 frtot kap a tanulmányi alapból könyvek és tanszerek bevásárlására. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime.

Siquidem Sua Maiestas Sacratissima erga demissam propositionem meam clementer resolverit, ut quemadmodum pro quolibet Gymnasio, quod e fundo studiorum sustentatur, 100 florenos pro Paedagogio vero 50 fl. sine comparandorum summo necessariorum librorum, aliorumque adminiculorum ex Cassa Fundi Studiorum nunc in exordio pendendos benigne iam ordinavit, ita et ad rationem aliorum etiam publicorum

Gymnasiorum, et respective Paedagogiorum, quae sufficientibus ad id mediis destituuntur, iidem praespecificati sumptus finem in praemissum semel pro semper, et absque ullo ad Fundum Studiorum amplius faciendo recursu, ex eodem assignentur. Hinc Paternitati Vestrae Admodum Reverendae praesentibus de benigno iussu Regio intimandum habeo, quatenus accuratam tam nunc e praeviis pro Gymnasio, Directioni suae concredito dependendis 100 fl. procurandorum, quam iam penes idem Gymnasium extantium librorum, ac Instrumentorum, et aliarum cunctarum rerum ad studiorum instituta peculiariter pertinentium connotationem in triplici exemplari mihi proximius submittere non intermittat. Qui in reliquo piis ad Aram precibus commendatus persisto Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae

Posonii 23-a Januarii 1778. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

117.

1778. január 31. A pozsonytankerületi gymn. igazgatóknak 1777. okt. 15-én Pozsonyban tartott gyűléséből tett felterjesztésre adott királyi válasz. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymnasium igazgatójának.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime.

In ordine ad concursum die 15-a Octobris anni proxime evoluti, cui etiam Admodum Reverenda Dominatio Vestra intererat, celebratum, eam Maiestas Sua Sacratissima clementer impertiri dignata est benignam resolutionem Regiam: benigne intellexisse atefatam Suam Maiestatem Sacratissimam, quasnam congregati Districtus, curae meae clementer crediti, Locales Studiorum Directores, quos inter Paternitas quoque Vestra praetitulata fuerat, respectu benigne stabiliti studiorum systematis difficultates obmoyerint.

Cum autem Concursus hic Localium Directorum non alio fine benigne ordinatus fuerit, quam ut illi, qui concursui Budensi sub praesidio peculiariter ordinatae ad id Commissionis Regiae celebrato non intererant, de iis, quae ibi, quoad proximiorum Systematis Litterarii introductionem, uniformemque ubivis docendi methodum conclusa, et definita fuerunt, uberiores capiant informationem, ac per Provinciales

Directores suos ad secundandas altissimas in optimum educationis iuventutis percurari Regni sui Hungariae, Partiumque eidem adnexarum directas salutare intentiones Regias incitentur, et extimulentur; ac ideo minus ipsis integrum fuerit ad novas rursus explanationes, quae magnam partem alioquin ad allevianda Magistrorum munia, inducendamque eorum in docendo laxitatem tendebant, sese inmittere.

Hinc omni in id contentione adlaborandum, ne a praescripto benigni Systematis litterarii seu per Directores Locales, seu vero Professores ulla in parte quobunque sub praetextu unquam recedatur.

Factas igitur in id dispositiones, ut praescripto benigni Systematis omni in parte insistatur, ea tamen cum ulteriore declaratione approbare dignata est Sua Sacratissima, ut

Circa Congregationes quippe Marianas benigne resolutioni hac in parte quoad Districtum Neosoliensem elargitae, ultro quoque insistendo, Juvenes primum in tertia Grammatices classe ad Sodalitates admittantur, neque per id temporis pro instructione in Doctrina Christiana destinati quidpiam decerpatur, idque tanto magis, quod nec in Maioribus Gymnasiis, aut Academiis adolescentes ante Humanitatis classes, ex praescripto Systematis litterarii, ad huiusmodi Congregationes admitti valeant.

Porro necesse non esse, ut praescriptae certis Festis solemnitates, uti sunt: Invocatio S. Spiritus, Natales Augustissimorum, et scholae Patronorum, cum maiori sumptuum profusione fiant; verum abunde suffecturum, si sacra cum cantu frequentantis iuventutis organi pulsu secundato (nisi forte ex benevola ipsorum discipulorum, aut parentum largitione, quod antea quoque nonnuquam fieri solebat, sumptus eiusmodi suppeditentur) peragantur: hocque magis, quod benigne sub 22 Septembr. resolutae pro comparatione librorum et instrumentorum, ad introductionem Systematis necessariorum, Summae pecuniariae quotannis continuandae non sint, adeoque ex Fundo studiorum similes erogationes (uti supponi videtur) fieri nequeant. Ad haec

Circa proferenda Juventuti argumenta praescripto Systematis litterarii absolute insistendum benigne vult Sua Maiestas Sacratissima: ne suasa per Directores Locales modalitate abusus ille rursus irrepit, quo integra scholarum tempora olim huiusmodi dictationibus pro Magistrorum commoditate explebantur. Neque deerit, prout metuitur, modus Juvenum capacitatem etiam ex praescriptis extemporalibus in scholis exercitationibus explorandi.

Non secus insistendum praecise Tabellae II. tempora pro praelectionibus classium Humanitatis definienti, atque errorem Typi, qui in pag. 255. in unica voce matutina irrepsit, manifeste demonstranti:

quem ipsi Locales Directores advertere, et apparentem hanc contradictionem hac ratione conciliare potius, quam impracticabilitatem effectuationis eiusdem ex inde inducere, et concludere debuissent.

Ceterum ne in posterum movendas nefors consimiles in specifico quastiones elargiendis semper benignis resolutionibus Regiis dilucidare oporteat: uniformitas in methodo tractandi rem litterariam ab Universitate Regia ex instituto et vi ipsius Systematis litterarii, in posterum medio mei, qua Districtualis studiorum Directoris repetenda veniet.

Hisce proinde praetitulatae Dominationi Vestrae de benigno iussu Regio intimandum habeo, ut praescripto Systematis, et instituti huius litterarii omni ex parte insistatur. Quodsi autem eiusmodi in ipsa praxi per decursum primi semestris occurrere contingeret difficultates, quae citra ulteriorem explanationem, aut suscipiendam aliqua in parte alterationem conciliari secus non posse viderentur: tunc reflexiones huiusmodi cum subiectis opinionibus, qua nempe ratione revolventibus sese difficultatibus opportunissime occurrendum censeretur, respectivis Facultatum Directoribus medio commercii litterarii per Provinciales Directores Regios communicari debeant, ut idem Senatus auditis iisdem Facultatum Directoribus, ac collectis omnium Districtuum, si quae eatenus communicabuntur, opinionibus, easdem sensu suo comitando medio Consilii huius Locumtenentialis Regii pro altiori decisione repraesentare valeat; ac ita, si necessum omnino fuerit, iuxta declarationem in conclusione operis Systematis litterarii factam uniformis pro universo Regno Hungariae, Partibusque adnexis in forma Supplementi advenianda necessaria seu aliqua in parte alteratio, seu ulterior explanatio benigne praescribi possit.

Quod demum diornorum praecattactae Dominationis Vestrae ex assignandorum competentiam, nec non itinerarium expensarum refusionem concernit; eatenus, postquam intuitu qualium, et qua cum differentia solvendorum diornorum benigna regulativa resolutio Regia supervenerit, requisita assignatio ad officium Cassae dirigetur. Quibuscum persisto Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae

Posonii die 31 Januarii 1778. Servus paratissimus. Comes Franciscus Ballassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

118.

1778. február 11. A tanuló ifjuság számára kijelölendő játéktér ügyében. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Meminerit Paternitas Vestra Admodum Reverenda, quatenus circa ludorum loca, studiosae Juventuti assignanda § 226 Par. 3. benigni studiorum Systematis benigne praescribantur.

Quoniam vero recta studiorum ratio, benigno Systemati debite conformata, deponat, ut, quemadmodum ceterorum omnium benigne praeceptorum, ita huius quoque providissimae ordinationis effectus procuretur: hinc Paternitati Vestrae Admodum Reverendae harum serie intimandum duxi, ut in quantum relate ad Juventutem scholasticam, directioni suae concreditam, quoad duplicem in praecitato §pho praescriptum locum, pro relaxationibus assignandum, tenoribus benigni Systematis nondum satisfactum esset, rem-cum Loci Magistratu ita agere non intermittat, quo citra molestationem altiorum Instantiarum cupitus effectus subsequi possit. De hoc porro qualiter subsecuto, item si difficultas talis exoriretur, quam ad mentem Systematis cum respectiva Jurisdictione terminare non posset, de opinione sua, fundatis rationibus innixa, me genuine informet. Qui cum propensione maneo Paternitatis Vestrae Admodum Reverendae

Posonii 11-a Februarii 1778. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

119.

1778. ápril 6. A vizsgálati tételek és a tanuló ifjuság üdülő helye iránt. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

In ordine ad deferendam a me, per Admodum Reverendam Paternitatem Vestram sub 28-a Martii ultimo praeteriti petitam, Theses Tentaminum censendi potestatem, et iurisdictionem, eidem hisce rescribendum habeo. Potestatem hanc conformitate benigni Systematis Litte-



rarii §phi 15-ti a me minime difficultari. Exemplaria nihilominus The-  
sium eiusmodi impressa mihi suo tempore submitti; prout et de Locis  
Ludorum vigore §phi 226 pro Studiosa Juventute ab Oppidana com-  
munitate procurandis et exassignandis, quo fieri opportune potuerit  
citius negotium defuiri, mihiq̄ue informationem de procurato effectu  
submitti volo. Qui in reliquo persisto Admodum Reverendae Paterni-  
tatis Vestrae

Posonii 6-a Aprilis 1778. Servus paratissimus. Comes Franciscus  
Balassa. m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

120.

**1778. november 2. A tanárok gyakori változtatása nem helyesel-  
tetik és a főigazgató beleegyezésétől tétetik függővé. A pozsony-  
tank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime

Laudo Admodum R. Paternitatis Vestrae boni publici studium, quod  
Eidem pro magna sui commendatione cedet. Quod mutationem indivi-  
duorum Gymnasii Nitriensis concernit, hanc Patri Provinciali eatenus  
solummodo indulsi, quatenus ex peculiari quadam ratione necessaria  
foret, idque cum cointelligentia Admodum Reverendae Paternitatis  
Vestrae qua Localis Gymnasii Directoris. Incumbit proinde Paternita-  
tis Vestrae Admodum Reverendae officio invigilare, ne subiecta idonea  
citra peculiarem necessitatem mutantur, meque ad omnem casum sem-  
per de tempore informare, ut illud Patri Provinciali recurrenti aut  
concedere, aut negare possim. In reliquo, quod Patrem Josephum Czver-  
ger pro seniore Humanitatis Professore in locum Jacobi Klampffer sub-  
stitutum habere velim, sub hodierno Patri Provinciali notifico. In locum  
mutandorum substituendi novi Professores, ut idonei sint, oportet.  
Quapropter etiam antequam ad docendum admittantur, calculo Pater-  
nitatis Vestrae Admodum Reverendae in conformitate Systematis litte-  
rarii §. 42 probari, et mihi repraesentari debebunt. Piis ad aram pre-  
cibus commendatus persevero Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae

Posonii 2-da Novembris 1778. Servus paratissimus. Comes Fran-  
ciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

1778. A nyitrai collegium másodizben is kérelmezi a vármegyénél az üdülő helyet a tanári kar és ifjuság számára és czáfolja a városi tanácsnak a kérelem ellen felhozott indokait.

Inclyta Inclyti Comitatus Nitriensis Universitas, Domini et Patroni nobis Benignissimi!

Cogimur coram Inclyta Universitate caussam nostram tueri, et puncta, quae adversus nostrum vere pauper Collegium a civibus Nitriensibus porrecta sunt, expungere ea in re, quae sine omni publici status molestia, privatim et amice componi potuisset. Quod cum humillima deprecatione, et indulgentia paucis expediam, ne taedio afficiantur Principes Inclyti hujus Comitatus viri ad tractanda magis ardua negotia congregati. Ut porro ex ordine reponam ad momenta civium, ea hic, ut accepi, subiicio, in plures tamen partes secta, ut commodius refellantur.

Aiunt itaque

Primo: notum et evidens est, quam vastum, et quam longe, lateque diffusum fundum olim contributioni subiectum V. Collegium et Convictus in gremio civitatis huius occupet perpetuo possidendum.

Certum secundo est: idem V. Collegium, et Convictum in terreno hoc prata et agros iam dudum, et quidem absque omni contributionis onere, quod civitas cum aggravio sui ferre, et supportare cogitur, possidere.

Certum denique tertio: idem V. Collegium, ita et Convictum hortis quoque in moderata distantia sitis, non carere.

Quarto: si porro praeterea terrae plaga etiam ipsis concedatur, et successive plura, permodica licet, accumulentur, eo serpet ipsorum possessorium, ut tractu temporis potioritate terreni a manibus mortuis occupata, necesse sit, contribuentem plebem beneficiis suis sensim exui, et enervari.

Quinto: accedente et eo, quod ceteroquin magna terroni pars tam avulsa, quam per extraneos necessitate miserorum civium ita ferente possessa, adeo sint iam inonerata, ut revindicandi spes vix supersit pro casu futurae (ne fors durioris temporis) circumstantiae, tota communitas medio subsistendi destituta, sibi, Regnoque inutilis efficiatur.

Sexto: Denique ut rem praesentem non negligamus, locus ille, qui pro horto tam enixe sollicitatur, privatorum pascuis (quibus cete-

roquin civitas annuatis ad usum communem exarendatis utitur) agris item, et vineis cingitur. Haec ob praevisum liberiores Studiosae Juventutis, praesertim Moderatores suos ad hortum comitantis discursum, et comneatum, a damno sane libera non sunt futura; hinc demum procul dubio enascentur querelae innumerae, iniuriarum praetensiones, iurgia, dissidia. Utinam non alia periculosiora quaeque sequantur. Via etenim publica intra vineas praeccludi non potest, quod possessores curribus etiam ad sua habere debeant accessum. Unde fiet, ut illi Religiosis, hi vero illis molesti sint futuri.

Septimo: ex praemissis profecto patet V. Collegium inde a tempore illocatae Religionis, a civitate hac beneficium non contemnendum hucusque accepisse, ita, ut amplius in extensionem facultatum suarum, quod praetendant, non videatur, nisi certum civitati intendant aggraviatum.

Octavo: Ideo coram Inclyta Universitate perdemisse supplicamus, dignetur miseram et poene subsidentem civitatem hanc, gratiose protegere; ut misera contribuens plebs, tam suo proprio, quam et publico oneri ferendo idonea conservetur. Quam paternam gratiam, in humilitate exorantes perseveramus

Inclytae Universitatis

Humillimi servi: Judex, et Senatus, Totaque Communitas Inferioris Civitatis Nitriensis.

His projectis respondetur.

Ad primum: aequè notum est, in aliis benemoratis, et muro insuper circumactis Civitatibus a variorum ordinum Religiosis. et vastos, et longe, lateque diffusos possideri agros, et fundos, qui olim contributioni subiecti erant; tot tamen civitatum benemorati, et civiles incolae tantum abest, ut dicta beneficia exaggerent, ut potius talium virorum concivilitate gloriantur: an ii, qui oppositum faciunt, bene morati, et civiles sint? qui volet, definiat.

In his, quos occupamus fundis, bona venia liceat mihi, quod sentio, dicere, harae erant, quas tamen earum incolae, domos dixerunt: erant Zingarorum tentoria, ubi nunc allodium visitur, erat cimiterium pecorum, erat, ut dicitur, ossuarium brutorum; si ita? estne dolendum, quod actu stent aedificia, a quibus civitati ingens decus accedit et ornamentum? et quae illa obsecro, ac quanta ab eiusmodi inquilinis, ut supra retuli, contributio?

Auget cordolium civium, quod in gremio civitatis, quod perpetuo possidendum fundum occupemus; at nullibi gentium scholarum collegia, cum pro communi civium et filiorum utilitate erecta supponantur, extra gremium civitatis posita, aut vidimus, aut legimus: et nemo unquam

dolet, nemo, quem aequa ratio regit, ob id invidia rumpitur. Si acatholicis daretur scholas erigendi plena potestas, O! quanto id zelo, quanto splendore, quantis (et proprio quidem praëvisis) sumtibus exequerentur, et proh dolor! at motos praestat componere fluctus. Nec sat apte obiicitur, fundos in perpetuum esse alienatos: etenim non est damnosa cuiusvis possessorii perpetuitas, si a possessoribus perpetua in cives dimanent emolumenta, nec recte alienari dicitur, quod semper, et in communem, et in privatorum utilitatem conservatur.

In pagum indigna Metamorphosi desiisset Nittria Episcopalis Civitas, seque totam, ut olim, in longam plateam reducere coacta fuisset, si piissimus Praesul Mattysovszkius incredibili erga miseros cives commiseratione motus, Scholas Pias non advocasset. Quot-quot enim domos circa Collegium videmus, in gratiam confluentis ad scholas iuventutis, aut de novo positae sunt, aut e veteribus sepimentis, in hanc, quae videtur formam reductae. Id forte dolendum, quod prius mundiores erant plateae, quia lutum, quod nunc in dies accrescit, tunc ad poliendas domos certatim auferèbatur.

Ad secundum Aggravium, quo cum bene saginatus passer avolare posset, cives nostri exaggerant: et ingentia, quae a Collegio et Convictu in cives derivantur quotidie beneficia, non vident, non agnoscunt. Sed de his aliorum potius praestolabor sententiam. Interea altius expendant boni cives id, quod ad huiusmodi Corinthiorum querelas, reposuit S. Paulus: Si nos (inquit) vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si vestra temporanea metamus.

Agros Collegii cives possident, et ut reor, contribunt; sin minus, civium est in exigendo tributo negligentia. Prata, quae tamen pro annua equorum sustentatione non sufficiunt, aut pretio comparata (quod nec extraneis negatur) aut piorum ultima ad nos devoluta sunt voluntate, quam pervertere ut inpium boni omnes arversantur, nulli sunt contributioni obnoxia, ut notum est ipsis civibus et tamen queruntur: quod aggravium hoc negativum ferre cogantur.

Ad Tertium: de horto convictus illud paucis, quod is fundum nulli unquam contributioni obnoxium fl 300 emere debuit, et insuper contributionem vagam dato capitali redimere sit coactus, et tamen hoc inter aggravia numeratur. Habito praeterea horto, propter nimiam vicinitatem, alibi sitam, cum moderata commotione, quaerunt exhilarationem. Collegium extra civitatem nullum hortum habet; sed allodium caemeterio (ubi olim pestiferi sepeliebantur) proximum, quae hic recreatio? At et hoc ad evitandam invidiam, et quotidianas subsannationes est venditum. Ubi ergo est Collegii hortus in moderata distantia? Domesticus enim nec unque distat a collegio, ut mesuranti patebit.

Ad Quartum: Possessorium nostrum ultro serpere non potest, nisi aut liberalitate civium, aut Supremorum Judicum Auctoritate. Cives suam liberalitatem non debent metuere, norunt enim ex intima conscientia, quod et ea, quae possidemus, averuncare vellent, si possent. Supremi autem Judices ita favent privatorum commodis, ut plebs contribuens non aggravetur. Quid itaque velut futura mala metuunt, quae tamen nunquam eveniunt.

Horrent cives manus mortuas, sed manus mortuae non sunt, quae si paucula accipiunt, plura multo cum foenore reddunt. Id a nobis fieri notum est Lippis et Tonsoribus. Proventus mortui censentur, qui in popinis sepeliuntur, ibi quaerendus est miserae contribuentis plebis thesaurus.

Ad Quintum: quod pars magna Terreni per extraneos possideatur, quod nimis inonerata sit, cives narrant, nos non negamus. At amabo! an Nostri patres sunt causa tot malorum? credit hoc Judaeus Apella. Verum id summopere dolendum, et mirandum est, quod extraneos, a quibus nihil commodi habent cives, in possessionem agrorum, pratorum, vinearum etc. (praetextu fictae necessitatis) admiserint, et Concives suos P. P. Scholarum Piarum, quorum beneficia quotidie experiuntur a fundo sat exiguo, quem non vi, non proprio ausu, sed Excelsi Locumtenentialis consilii Regii, sed Incltyti Comitatus, sed Terrestralis Domini favore, et arbitrio obtinere supplicant, totis viribus, toto conatu arcere conituntur.

Profecto tota communitas, nec medio subsistendi destituetur, nec Regno inutilis efficietur ex eo, si exiguam terrae, pro horto desideratae portionem, altioris potestatis, quae nunquam privatis, cum communis boni iactura, favere solet, auctoritate P. P. Scholarum Piarum obtinerent. Aliam itaque tot inonationum, alienationum cives quaerant causam, et invenient profecto, utinam non cum graviore damno invenient.

Ad Sextum: Hoc, cum et sanae rationi, et recto intimae conscientiae dictamini adversetur, pluribus argumentis convellere non contendam. Deum immortalem! studiosa Juventus! Magistris praesentibus! in agris, in vineis, in pratis damna inferet? quae perpetua, ac gravi moderatorum comminatione percussa, iis etiam absentibus, damna inferre exhorrescit. Reflectant se boni cives ad suam, dum scholas circumirent, aetatem, rimentur proprias conscientias, indorsationes in propria pergamena explorent, citatrices consulant, et hodie adhuc exhorrescent poenarum, quas similem ob culpam passi sunt gravitatem; damnabuntque suam in hodierno scholares, imo et in moderatores eorum, immaturo consilio latam, o vetustissimaque Kapraliorum bibliotheca depromptam opinionem.

Semper hactenus illa via, eo in loco, et Magastri, et Discipuli suam habuerunt recreationem, et quidem absque ullo damno, absque querelis, absque iurgiis, absque ullis, quas modo livor dictavit, partis alterutrius molestiis: et cur haec mala, si hortus ibi ponatur, consequentur? praesertim si via inferior, quae damnorum et iurgiorum causa fuisse dicitur, muro horti praecluderetur: quam modo in gratiam extraneorum apertam esse, contra propriam fassionem, cives comminiscuntur, ut nos domesticos a commodiore horti situ, impediant. Quod summae ingratitude est indicium.

Utinam haberi posset fundus pro horto idoneus, et a civium terreno semotus! eum profecto enixius ob causas, quas nunc non profero, expeteremus. At non est aptior illo tum propter fluvii, pro rigando horto, necessarii vicinitatem, tum propter iucundam solitudinem, et a tumultu transeuntium liberam situationem, cum denique ob moderatam distantiam, et quod summum est, ob lapidum pro cinctura horti necessariorum copiam, absque vectura curruli in aedificium applicandorum. Suppleant cives boni, hanc lapidum vecturam, et nos alibi hortum aedificabimus, absque tot, quod saepe cum summa amaritudine excipimus querelis.

Ad Septimum: Agnoscimus et nos, agnoscimus profecto, atque cum summa sempiternae gratitudinis contestatione confitemur, quod beneficium non contemnendum in fundis sat amplis acceperimus. At immortale hoc donum (bona civium venia dico) non ipsis, verum aeterna beatitate dignissimo Praesuli Mattyasovszkyo, tamquam Terrestri Domino, et successoribus eius referimus in acceptis. Quod ea ratione exponendum hic putavi, ne cives quasi peculiare nostri benefactores essent, vane se venditent, et fere de nihilo gloriantur.

Ad Ultimum: Frustra boni cives specioso contribuentis, et miserae plebis titulo Inclytum iudicium a favorabili opinione Excelso Locumtenentialem Consilio Regio exhibenda, avocare moliantur; timeendum enim est, ne in lucem veniat totum fere contributionis onus a Collegio nostro, a Convictu Nobilium, a paupercula et plerumque orphana iuventute Scholas Pias Nitriae frequentante sustineri. Quapropter meliori iure summis precibus Inclytam Universitatem, Terrestremque Dominum, Dominos, et Patronos nostros Gratosissimos oramus, ut eam dare in hac causa informationem dignentur, vi cuius desideratum pro horto fundum Excelsi Locumtenentialis Consilii favore ac clementissimae Dominae Nostrae peculiari gratia consequamur.

Quod immortale peculiaris beneficii genus, sempiterna gratiarum actione, rependere dum vivemus, studiose adnitemur.

Inclytae Universitatis Dominorum et Patroorum Gratosissimorum

Humillimi servi et Capellani Rector ceterique Collegii Nitriensis Scholarum Piarum religiosi m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára. Évszám nélkül. A folyamodványt 1778-ban intézhették a vármegyéhez. Annyi tény, hogy a piaristák azon föltétel alatt adták el néhány év előtt a városon kívül levő némi fekvőségeiket a nyitrai püspöknek, hogy más alkalmasabb helyen kapnak kertet üdülő helyül a tauári kar és ifjuság számára. Ilyen kertet már 1772-ben kérelmeztek a vármegyénél, de siker nélkül. Midőn tehát 1778-ban a tankerületi főigazgató két ízben is sürgeti az üdülő, illetőleg játékkeret, valószínű, hogy a piaristák ezen alkalomból kérelmeznek újra a vármegyénél, remélve, hogy a püspök-főispán pártfogásába veszi folyamodványukat.

122.

**1779. febr. 20. A szerzetes rendek alapítójának évforduló napja iskolai szünetül tekinthető. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime.

Quandoquidem Sua Sacratissima Caesareo-Regia et Apostolica Maiestas admittendum clementer resolverit Religiosis Ordinibus, Scholas publicas docentibus, quo diem Fundatoris Ordinis sui, non tamen alia etiam Ordinis festa, ea ratione colere possint, ut eodem die Professoribus a scholis vacare liceat; ac cum 5-pho 240 Systematis litterarii concessum habeatur, ut in vicem remunerationis aliquas dies ipsi Gymnasiorum et Scholarum Grammaticarum Directores a scholis eximere valeant, simile Ordinis Fundatoris festum in huiusmodi dierum classe censeatur. Eapropter benignam hanc resolutionem Caesareo-Regiam Paternitati Vestrae Admodum Reverendae pro sui notitia et directione, hisce intimandam esse duxi. Qui in reliquo cum amicitia persisto Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae.

Eberhard die 20-a Februarii 1779. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

**1779. márczius 2. Az eddig szedett iskolapénzek továbbra is fentartatnak A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime.

Sua Sacratissima Caesareo-Regia, et Apostolica Maiestas clementer resolvere dignata est, ut, siquidem usus conferendi quidpiam pro lignis, celebrando Scholae Patrono, et solvendo Pratre familias per Juventutem scholasticam tam stante Societate in Scholis eiusdem curae concreditus, quam et actu in Scholis a variis Religiosis Ordinibus provisus vigere perhibeatur, et alioquin publicus studiorum fundus ad explendas similes necessitates extendi, eatenusque gravari nequeat, idem in proprium ipsiusmet Juventutis commodum, et decorem ultro quoque manu teneatur. Quo vero hac in re universalis quaepiam, et omnibus litterarum institutis conformis norma praescribi valeat; una specificas informationes suis locis exigi, sibique pro ulteriori benigna resolutione Regia demisse repraesentari clementer iubet summe-fata sua Maiestas Sacratissima. Quam proinde clementissimam intentionem Regiam Admodum Reverendae Paternitati Vestrae intimando; una eidem de Benigno iussu Regio comittendum esse duxi, quo super eo, qualisnam praevio in merito hucdum usus viguerit? quantum item hoc et aliis eiusmodi occurrentibus titulis exigendum videatur? denique quae inter ipsam Juventutem classificatio tenenda, quaeve ratio pauperum habenda, et quomodo haec legitima sit? suam mihi informationem cum subiuncta opinione absque mora et intermissione submittere non intermittat. In reliquo solita cum propensione maueo Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae.

Posonii 2-da Martii 1779. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

**1779. márczius 7. Cseh László alapítványt tesz a nyitrai collegium részére.**

Infra scripti tenore praesentium fatemur et recognoscimus, quod Spectabilis ac Perillustris Dominus Ladislaus Cseh de Czabaj Incliti



**Cottus Nitriensis Juratus ordinarius Notarius, memor filialis suae erga desideratissimos Genitores suos Spectabiles ut pote Dominos Franciscum Cseh et Barbaram Takács die 21. Mensis subinserti ad aeternitatem evocatum, obligationis, titulo celebrandorum quotannis in perpetuum 12. i. e. duodecim Missae sacrificiorum obtulerit Collegio Nostro Nitriensi Scholarum Piarum, et in illo futuris Successoribus, nunc ad rationem pendendi legalis interusurii apud se retinendos; deinde etiam cum libuerit extradandos, et in tuto loco elocandos fl. Rh. 200 i. e. ducentos. Adjuncta juxta ea intentione, ut a morte sua aut dilectissimae consortis suae Spectabilis Dominae Annae Ürményi, et a morte condescendentium, ab utroque, pro anima sua et dilectissimae consortis suae et descendendum hujus piaae foundationis beneficium applicetur . . . .**

Nitriae 7. Martii 1779.

P. Paulinus Lihau a Nativitate B. V. M. Rector. m. p. Chrysostomus a S. Disma VR. m. p. Alexander a Visitatione BV. m. p. L. S.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

125.

**1779. márczius 19. A nyitrai és trencsényi gymn. igazgatók felsőbb elismerésben részesülnek. Az évvégi érdemsorozat kinyomatása sürgettetik. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime.

Sincerum in explendis muneris sui partibus zelum, et praeclarum in promovenda re litteraria studium per Paternitatem Vestram Admodum Reverendam, et Patrem Theophilum Koroda Gymnasii Trenchiensis Localem Directorem pluribus testatum, e demissa repraesentatione mea eatenus facta percipiendo Sua Maiestas Sacratissima clementer demandavit, ut ad excitandum in aliis quoque Localibus scholarum Directoribus, et respective Praefectis consimilem stimulum eiusdem Paternitatis Vestrae Admodum Reverendae, et praefati Localis Directoris sedulitas, et contestatus in prosequendo munere suo praeclarus zelus Supremo nomine Regio collaudetur.

Cum porro ex compluribus Localium Directorum informationibus hactenus exhibitis compertum fuerit contra praescriptum §-phi 235. Systematis litterarii classificationem scholasticae iuventutis, eiusdemque

classificationis typis impressionem omissam fuisse, idcircoque huiusmodi defectus deinceps corrigi clementer iusserit altefata Sua Maiestas Sacratissima : hinc benignam hanc resolutionem Caesareo-Regiam Admodum R. Paternitati Vestrae pro notitia et directione, observationeque, ac finem in eum hisce de eodem benigno iussu Regio intimandam habeo, quo sub cuiuslibet anni litterarii exitum omnes scholarum classes e totius anni promeritis respectu cuiuslibet disciplinae scholasticae, quae tractatur, habita totius anni progressus ratione, in censum assumere, atque distinctam classificationem elaborare, digestamque relate ad omnes scholas et facultates typis edi curare, relationique secundi semestris adolvere non intermittat. Suprascriptam demum complacentiae Caesareo-Regiae insinuationem ut occasionem in futurum etiam quaslibet officii sui partes quam exactissime adimpleudi habere velit, qui in reliquo solita cum propensione maneo Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae.

Budae 19-na Martii 1779. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

126.

1779. május 5. A nyitrai nemesi konviktus szabályozása ügyében. A m. kir. Helytartótanács a nyitrai káptalani Helynöknek.

Copia 1589.

Illustris plurimum Reverende, Illustrissime et Reverendissime Domine Episcopo, Amice Charissime Nobis observandissime !

Si quidem plene iam regulatis tam Academia Regia Budensi quam et Convictibus Nobilium Tyrnaviensi et Jaurinensi Districtualibus Sacratissima Sua Majestas Caesareo-Regia Apostolica clementer resolverit, ut ultro ad regulationem quoque aliorum etiam in Regno Hungariae existentium Convictuum ex ordine procedatur, atque hunc in finem oportuna abhiuc disponantur, quo subinde systematicae hae, atque Ideales circa regulationem eiusmodi publicorum educationis Institutorum editae, ac ultro adhuc pro re nata edendae Benignae Resolutiones suo tempore pro perpetua Cinosura secundae parti rationis educationis atque totius rei Litterariae perinde inseri valeant.

Ut igitur Clementissima Suae Majestatis Sacratissimae Mens et

Intentio in praemissis declarata optatum sortiatur effectum, Praetitulatae Dominationi Vestrae hisce intimari, ut relate ad Domesticam Disciplinam, politicamque regulationem eadem ipsae Leges, quibus Regia Theresiana Academia Budensis felici successu gubernatur, pro aliis etiam in Dioecesi hac Nitriensi existentibus Convictibus, in quantum id circumstantiae admiserint, cooptentur, quo nihilominus plures Parentum, Nobilium tamen, et de publico bene meritorum Filii Beneficii hujus participes fieri possint, diversa relate ad habitationes, victum, et amictum talis nempe ineatur ratio, ut Alumni eiusmodi Fundationum honeste quidem, non tamen eodem prorsus modo, uti Budenses habeantur, atque adeo et ferculum minori numero, et inferioris sortis amictu, ceteraque suppellectile domestica contentari debeant.

Quod porro ad Commoditates pro Alumnis deservientes adinet; Divisio pro iisdem, in quantum practicabile fuerit ad normam seu Academiae Regiae Budensis seu Collegii Vaciensis, aliorumque novissime regulatorum Convictuum Tyrnaviensis, et Jauriuvensis excindatur, ac per consequens in Cameradas et Cubicella maiori in parte subdividenda efformetur actandem in hac elaboranda idea ejusmodi Planum una cum projectis sumptuum et systematis quoad Domesticam Disciplinam, omnemque etiam regulationem, oeconomicam perinde, ac politicam defigendi Consilio huic Locumtenentiali Regio quam primum submittantur, abhinc subinde altissimae ratihabitioni demisse substernendum.

Penes praemissorum itaque significationem, et Institutionum, ac Legum pro Academia Regia Nobilium Theresiana Budensi praescriptarum in hic adiacente Copia caeteroquin in Sinistra faciei Columna scriptarum Communicationem Praetitulatae Dominationi Vestrae hisce de altissimo Jussu Regio intimat Regium hoc Locumtenentiale Consilium, ut super eo, qualiter reflexe ad ea, quae praemissa ratione deducta habentur, suae Inspectioni concrediti Convictus conformiter ad Institutiones, et leges Academiae Regiae Nobilium Theresianae Budensis regulari possint, opiniones in dextra superius adnexarum Institutionum, et legum faciei Columna scribendas habita eatenus adinvicem mutua cum concernente Domino Superiore Regio Studiorum Directore sub hodierno hoc in passu ab hiuc pariter iuncto cointelligentia, auditisque etiam hanc in rem Provincialibus eorum Religiosorum Ordinum, qui Curam eiusmodi fundatorum Convictuum sibi concreditam habent, depromere, sicque demum saepe attactas Regiae Academiae Theresianae Nobilium Budensis Institutiones et leges una cum suis praevia ratione ac reflexe ad praeducta depromendis opinionibus, et utrinque tam videlicet per concernentem Districtualem Superiorem Regium Provinciam Scholarum, et Studiorum Directorem, quam verò

per Praetitulatam Dominationem Vestram subscribendis Regio huic Locumtenentialem Consilio submittere noverit.

Datum ex Consilio Regio Locumtenentialem Hungarico Posenii die 5-a Mensis Maji Anno 1779 Celebrato. Ad Officia paratus et paratissimi. Comes Joannes Csáky m. p. Lazarus Somsich m. p. perceptum Nitriae 20-a Junij 1779.

Másolat. A kegyestanítórend központi levéltára Budapesten. Dr. Takáts Sándor k. r. áldozár szivösségéből.

127.

1779. május 25. Ürményi József referendarius látogatása jeleztetik.  
A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gym. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime.

Hic in paribus acclusam clementissimam Maiestatis Suae Sacratissimae resolutionem, qua mediante ad obortas nonnullas hinc et inde quoad effectuum benignum Systema litterarium difficultates, et quaestiones superandas, comperendum item id, num idem benignum Systema litterarium quoad omnes sui partes rite per totum Regnum observetur, Illustrissimus Dominus Referendarius Aulicus ab Ürményi, cui principia Rationis educationis iuventutis, tanquam ad Excelsam Cancellariam Hungarico-Aulicam hoc in negotio referenti, optime perspecta sunt, ad visitanda praecipua loca clementer exmittitur, hisce ea ulteriori cum Intimatione transmittit, ut primo et praecipue protocolla Gymnasii quam exactissimum ad ordinem redigantur, improtocollanda si quae adhuc restarent, quantocius et indefesso studio, et industria, praesertim vero Intimationes, et ea, quae in Consessibus litterariis tractata, et conclusa habentur, improtocolentur: historia Gymnasii ducta, bene concinnata, et descripta praesto sit: Intimata porro, a me accepta, parem ad ordinem in originalibus componantur, registrentur et brevis ad quodvis Intimatum extractus materiae a foris ponatur: Systema litterarium, si qua sui parte nefors hucdum ineffectuatum mansisset, illico et quoad omnes sui partes effectui mancipetur: demum omnia, quae Benigno Systemate litterario praescribuntur, ad apicem in totius rei litterariae institutione Gymnasii hoc respiciente cbserventur, et executioni usque adventum praeallati Illustrissimi Domini sub gravissimo responsionis onere mandentur, ita quidem, ut non unice

totius Gymnasii huius honori, sed et propriae recommendationi Admodum Reverenda Paternitas Vestra prospiciat, conceptaeque de se, quae publicis per universa Regni huius Gymnasia et Academias encomiis celebrata est, existimationi satisfaciat. Satagam ipse etiam, in quantum per publica, altissimum servitium Regium tangentia, alia negotia mihi concessum fuerit, ubi diem adventus Suae Dominationis Illustrissimae (de quo Paternitatem Vestram uberius adhuc certam reddere non intermittam) edoctus fuero, horsum comparere, et lustrationi, de altissimo iussu Regio per Illustrissimam Suam Dominationem suscipiendae, interesse. In quantum nihilominus iisdem nefors impedirer, Paternitas Vestra Suae Illustritati omnem honorem, paritionem ac reverentiam quam maximam exhibere; subinde vero, quid singulo die per suam Dominationem Illustrissimam susceptum, ac in quonam defectus nefors quispiam adinventus, aut ulterius ad perfectionem ipsius benigni systematis litterarii conclusum sit, me illico de die in diem post discessum Suae Dominationis Illustrissimae genuine, et adequate informare nullus intermittat. In reliquo persisto Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae.

Posonii 25 Maii 1779. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

128.

1779. június 23-án. **A nyitrai nemesi konviktus szabályozása ügyében. A nyitrai káptalani Helynök a piaristák Rendfőnökének.**

Admodum Reverende Pater Praeposite Provincialis Pater in Christo Colendissime!

Communico cum Admodum Reverenda Paternitate Vestra Copiam Benigno Gratosi Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii de dato 5-ta Mensis Maji sub Nro 1589 ad me directi, et secundo abhinc cursore publico demisse percepti Intimati; agit illud de Regulatione Convictuum ad normam Regiae Theresianae Budensis Academiae, Benigneque jubet, ut eadem ipsae Leges, quibus Regia M. Theresiana Budensis Academia gubernatur, pro aliis etiam in hac Dioecesi Nittriensi existentibus Convictibus, in quantum id circumstantiae admiserint, et quidem tum ad Domesticam Disciplinam, cum etiam oeconomicam, ac politicam regulationem cooptentur.

Quia vero in eodem Benigno, et Gratoso Intimato mihi praeciperetur, ut Admodum Reverendam Paternitatem Vestram, cuius Religioso Ordini cura fundati Convictus huius Nitriensis concredita est, desuper audiam; eapropter dignetur constituere, qui in vicem Ejusdem Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae mecum operetur, ac collaboret, qualiter Institutiones ac Leges pro Academia Regia Nobilium Theresiana Budensi latae, et per Suam Majestatem Sacratissimam confirmatae huic quoque Convictui Nobilium Nitriensi accomodari, in eodemque observari possint, quae Institutiones, ac Leges per Excelsum Consilium Locumtenentiale Regium eum in finem submissae mihi sunt, ut habita cum Excellentissimo Domino Comite, Regio Superiore Districtuali Studiorum Directore cointelligentia, auditaque Admodum Reverenda Paternitate Vestra relate, et reflexe ad Institutiones, et Leges memoratae Regiae Nobilium Academiae Theresianae Budensis opiniones meas depromam; quem laborum proximis adgrediar diebus, ut primum nempe ab Admodum Reverenda Paternitate Vestra vir quispiam ad tractandum mecum idem opus nominatus fuerit; consulte sane, et e re faceret Eadem Admodum Reverenda Paternitas Vestra, si a Reverendissimo Domino Directore Academiae Regiae Budensis Institutiones, et Leges pro eadem Latas secum communicari expeteret, cognosceret certe vel primo intuitu, an simile quid in hocce Convictu Nobilium Nitriensi ordinari, et constitui possit. In reliquo commendo me Religioso affectui et maneo Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae.

Nitriae 23-a Junij 1779. Humilis in Christo Servus. Joannes Lukácsi m. p.

Eredeti. A kegyestanírórend központi levéltára Budapesten. Dr. Takáts Sándor k. r. áldozár szíveségéből.

129.

1779. július 23. Kovács Pál végrendeletileg 100 frtot hagyományoz a nyitrai kollegiumnak.

Atyának, és Fiunak, és Sz. Lélek Istennek nevében. Amen.

Én Kovács Pál testemben beteges, de elmémben egészséges tudván a véghetetlen Istennek megmásolhatatlan decretumát, hogy minden embernek meg kell egyszer halni, hagyom azért lelkeimet az én Megváltómnak, testemet pedig a földnek, melyből eredetemet vettem. A

minémű Vagyonnal O Sz. Fölségétől megáldattam, tészek gyermekeim között ilyen rendelést, a mint következik:

1. Hagyok P. Piaristáknak Nyitrára Fundatziora lelkeért Sz. Misékre száz forintokat, id est Rfl. 100, úgy, hogy a Maradékim hat esztendőök alatt kétszerre tartoznak letenni emlétett Summat, addig-is pedigen semmi némű osztály ne legyen köztök, miglen mind ez, s mind alább irt adósság meg nem füzetődik emlétett hat esztendőökig stb.

Ezen Testamentom költt Kis Cétényt die 23-a Julii 1779. Kováts Pál maga saját keze vonása. +

Ita testamur: Nicolaus Bokros m. p. Franciscus Juhász m. p. Michael Ács m. p. Andreas Kováts m. p. Andreas Heringh m. p.

Praesentem Copiam cum suo vero, et genuino originali collatam in omnibus punctis et clausulis conformem esse recognoscimus J. Bacs-kády J. Cottus Nitriensis Judlium m. p. L. S. Ladislaus Szenczy J. Cottus Nittr. Jurassor m. p. L. S. Nitriae 28-a Aprilis 1800.

Anno 1779 die 7. Augusti az Ur Istennek Ő Sz. Fölségének bölts rendelése szerint Kováts Pál édes Atyánk ki-szöllittatván ez árnyék világból az örök életre, mi azért édes atyánk fiai és leányai die 28 10bris 1779 egygyütt levén N. Kis Czetény nevű helységben N. Nyitra Vármegyében alias in Districtu, et Pertinentiis de Verebel sedis, ugyan emlétett Helység határjában lévő Javatskáink, a mellyek maradtak édes Atyánk, és édes Anyánk halála után, azokról tettünk ilyen rendelést közöttünk:

Primo quidem: Maradt reánk a Szüleink halála után adósság computando computanda fl 205 azaz két száz öt forint; azt tehát szükségképpen valamint a fiak, ugy a Leányok füzetni tartoznak. Nem különben hanem végzésünk szerint füzetik a Leányok azon száz forintot, mellyet üdvözült Atyánk a P. Piaristáknak fundatoria hagyott. Mi pedigen a kaptoloni adósságot a többivel öszve-adván stb.

Enek nagyobb bizonyítására, s elhitelére iránk saját kezünk keresztvonásával megerősitetett Divisionalis Levelünket. Sign. Kis Czetyen Anno et die, quibus supra.

Michael Kováts m. p. Joannes Kováts m. p. Kováts Helena. × Kováts Klára × Me praesente Andrea Kováts m. p.

Praesentem Copiam etc. ugy mint fent.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

1779. július 28. A tanuló ifjúság eltiltatik a személyes szolgálattévéstől. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Sua Serenitas Regia, et Excelsum Consilium Regium Locumtenentiale mihi recentius benigno-gratioso intimavit, quatenus omnes, et quoslibet Litterarum institutis Praepositos seu Praesides, seu Directores, et Praefectos, quin et Exhortatores, Catechetas, et Professores Altissimo nomine Regio severissime inhiberem, ne ad praecavendas ingratas, quas experientia edocuit, sequelas, studiosos famulorum, et servitiorum suorum loco a modo in posterum applicare ausint.

Hinc idipsum de eodem Benigno-Gratioso iussu Admodum Reverendae Paternitati Vestrae intimando, una eidem comittendum esse duxi; quo eiusdem Benigni Mandati, ne studiosi juvenes famulorum et servitiorum loco a modo in posterum seu per Admodum Reverendam Paternitatem Vestram, seu per sibi subordinatos applicentur, accuratam observationem procuret. Qui in reliquo piis ad aras precibus commendatus persisto Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae

Carolostadii 28-va Julii 1779. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

1779. augusztus 20. Intézetünk új pecsétet kap. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Sigillum in usum Maioris Gymnasii Nitriensis iam adparatum, suaque in arca reconditum Admodum Reverendae Paternitati Vestrae hisce transmittens, in reliquo piis ad aras precibus commendatus persisto Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae

Flumine 20-a Aug. 1779. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.



1779. november 3. Ürményi referendarius hivatalos látogatása és fölterjesztése után hozott felsőbb rendeletek. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime.

Hic in paribus advolutam clementissimam Resolutionem Regiam in ordine ad ea, quae Illustrissimus Dominus Consiliarius, et Referendarius Aulicus ab Ürményi ex itinere suo litterario, quod ex benigna voluntate Regia perficiendum habuit, redux, ob imminentem annum scholasticum pro medela, illico ferenda, repraesentavit, emanatam, Admodum Reverendae Paternitati Vestrae hisce fine eo communicandam habeo, quo eiusdem effectui serio et districtim invigilare, eidem se ad amussim in omnibus conformare, publicandaque publicare . . . . noverit. Quibus in reliquo piis ad aras precibus commendatus persisto Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae

Posonii 3-tia Novembris 1779. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

A m. kir. Helytartótanács fontjelzett intézvényének mássa.

5039.

Excellentissime etc. Retulit Suae Sacrae Caesareo-Regiae Apostolicae Maiestati Dominus Consiliarius Aulicus Ürményi ex itinere suo litterario, quod ex Benigna voluntate Regia, Excellentiae quoque Vestrae intimata, perficiendum habuit, redux nonnulla puncta inter illa, quae is in relatione sua medio consilii huius Locumtenentialis Regii proximius Alfatae Suae Maiestati Sacratissimae repraesentaturus est, eiusmodi esse, quae ob imminentem iam annum scholasticum medelam illico ferendam requirunt, ac caeteroquin nullam benigne stabiliti Systematis litterarii essentialem mutationem involvunt. Quare iuxta factam per eum praemissorum Punctorum relationem, sequentia interea etiam clementer resolvit Sua Maiestas; et quidem:

1-mo. Si quidem generatim per eum observatum est, quod in plerisque Gymnasiis et Grammatices Scholis iuventus scholastica praescriptis scholasticis libris destituta sit, ac ideo eum, quem Systema

litterarium requireret, profectum facere non potuerit, necessarium proinde sit, ut huic malo remedium quamprimum ponatur; ideo apud quosvis Locales, Academiarum, Archi- et aliorum Gymnasiorum, nec non scholarum Grammaticarum Directores absque mora disponatur, ne quispiam ad scholas publicas sub gravi responsionis onere admittatur, qui necessario scholasticorum librorum subsidio destituitur. Si autem nonnulli admodum pauperes essent, praestantibus tamen talentis praediti in eo studium omne iuxta praescriptum Systematis etiam litterarii collocetur, quo eiusmodi pauperibus, et praeclaris adolescentibus pro re nata patroni quipiam concilientur, qui eisdem necessaria subsidia ex zelo, quo in publicum bonum ferantur, suppeditent: ii autem, qui ignobiles, aut civilis conditionis sunt, et exiguis talentis praediti, secundum iteratas benignas resolutiones regias, nec non §phum 232 Systematis litterarii, a scholis publicis arceantur, atque ad quodpiam conditioni eorum accomodatum vitae genus relegentur.

Ne autem ex eo quaequam excusationis occasio petatur, quod seu in loco ipso Gymnasii, aut saltem eidem advicinante praescripti libri scholastici tolerabili pretio haberi nequeant; ideo specificatio hic \* sub NB adnexa, et a Praefecto Typographiae Universitatis Budensis intermaliter super eo confecta, in quibus locis, et apud quos iidem libri scholastici haberi possint: nunc una statim per omnia studiorum instituta praeivium in finem publicetur, ut apud quos saepefati libri scholastici quaeri debeant, ad universorum notitiam quam primum perveniat. Sed et Senatus Regius Universitatis Budensis omnes apud praeductam Typographiam necessarias dispositiones faciat, ne ullus ea tenus defectus emergat. Pro futuro autem excusorum in Typographia Universitatis librorum consuetus catalogus cum addito cuiuslibet libri pretio, atque ad calcem indice locorum, ubi iidem veniri possunt, de tempore in tempus typis edatur, atque cuilibet instituto litterario transmittatur. Caveat praeterea idem Typographiae Praefectus, ne ullo ex loco quaerelae deferantur, libros scholasticos cum exaggerato Bibliopolarum, aut aliorum lucro, maiori atque conveniat pretio, veniri exponi.

Cum autem

2-do. Ex praescriptis iuxta Systema litterarium libris scholasticis sequentes potissimum adhuc desint, utpote Compendium Geographiae Ditionum Hereditiarum, promissus ad Historiam Naturalem vocabulorum occurrentium et linguas nativas traductorum Index, porro compendium Historiae Hungariae pro Grammatices scholis, adcommodatum, et in duos Tomulos divisum, tum compendium Historiae etiam Litterariae, Eruditorum, Religionis et Ditionum Haereditiarum, porro Historia Philosophiae, Libellus pro Hydrotechnica, denique exeun-

plaria pro Calligraphia; ideo tum praelibatus Senatus Regius per concernentes Directores ad effectum benignarum resolutionum, eatenus saepius intimatarum, aget, tum vero per alia quoque instituta litteraria publicetur, ut quiscunque ad componendum unum, vel alium ex praemissis libellum animum adplicuerit, hoc eidem omnino integrum sit; illum vero, qui peculiari cura, et industria, atque ad praescriptum Systema convenientissime quempiam ex ipsis elaboraverit, seu per auctionem annui salarii sui, seu alia ratione remunerationem condignam accepturum. Directores vero concernentium facultatum, quibus eiusmodi elaborata submittentur, nullum eorum suppriment, sed cum opinione, quod eorum praestantissimum esse conscant, quave remuneratione dignum, altissimo loco medio consilii Locumtenentialis Regii fideliter repraesentabunt.

3-tio. In eo quoque magnus defectus per praefatum Dominum Consiliarium Aulicum observatus est, quod Gymnasia, et scholae Grammaticae quamplurimae necessariis mappis Geographicis, atque aliis adminiculis destituantur; quin in nonnullis locis illae summae subsidiariae, quae etiam pro Religiosorum scholis, et quidem pro Gymnasio centum floreni, pro scholis Grammaticis 50 floreni, pro comparatione nempe Mapparum Geographicarum, et aliorum necessariorum adminiculorum iam dudum resolutae sunt, minus exsolutae habeantur; in nonnullis contra locis non satis discreto iudicio eaedem pecuniae erogatae, et maxime necessariae res omissae sint. Quare medio Dominorum Provincialium Directorum Regionum specificationes Localium Directorum expetantur: quid nempe hocce benigne resoluta subsidio hucdum procuratum, quidve adhuc procurandum restet, eo alioquin supposito, in eo quoque per eosdem Provinciales Directores Regios omnem necessariam provisionem factam esse: ut hac specificationes ad Archivum etiam Directorale in Copia reponantur, neque quidquam ab Institutis Publicis scholarum quoquo modo alienetur. Porro, si quidem

4-to. Illud etiam accuratae praescripti Systematis litterarii executioni non parum obstet, quod in locis Gymnasiorum, et Grammaticarum classium scholae nationales nondum plene introductae sint, hincque eveniat, quod et Elementa Linguae Latinae necessario adhuc in Scholis Grammaticis tradi, et ob diversitatem linguarum neque illud Systematis litterarii praescriptum, ut primo anno Grammatices adolescentes nationali lingua potissimum informetur, in effectum deduci valeant; ideo primaria cura in stabiliendis scholis nationalibus in locis Gymnasiorum, et Grammaticarum scholarum impendatur. Illud autem universim disponetur, ut ubi eadem iam constabilitae sunt, adolescentes non secus ad scholas latinas admittantur, nisi iis notionibus, quas

ex Scholis nationalibus secum adferre supponuntur, sufficienter imbuti sint, atque eius publicum, iuxta §phum 23. et 232 Systematis litterarii periculum fecerint. Denique

5-to. Cum non paucis in locis per religiosos ordines provisus, potissimum autem, ubi Director eiusdem Religionis est, nullaque adhuc remuneratione ex Fundo studiorum publico provisus, ac ideo etiam aliis officiis distentus, Systema litterarium magna sui parte in usum deductum non sit: ideo maxima cura, et solitudine in id incumbat Excellentia Vestra, ne Directores alii, quam qui ab insigni eruditione, zeloque in executionem novi Systematis litterarii optime sibi noti sunt, omni proinde exceptione maiores altissimo loco pro benigna confirmatione proponat; illud autem, ut pluribus officiis a necessaria scholarum directione impediatur, nullatenus admittat; et si forte subseque in uno, vel alio loco remissior cura disciplinae, et executionis systematis litterarii, defectus praeterea Magistrorum in linea litteraria comissi ob id, quod eiusdem Religionis sint, tegi observati fuerint, de proponendis altissimo loco aliis diversi status Directoribus illico cogitet, qui non pauci in rem litterariam optime animati reperientur. Porro eo quoque iidem Locales Directores inviandi erunt, ut consessus litterarios frequentius celebrent; in iis autem non tantum publicationes Intimatorum faciant, sed mutua consilia de eo, quomodo systema litterarium accuratius effectui dari possit, incant, atque ipsum Systema litterarium per partes palam legi curent; qua occasione ipse Director, si quae occurrerint, animadversiones faciat, necessariasque instructiones suppeditet. Super omnibus autem magis accurata, atque hucdum in nonnullis locis factum est, Protocolla ducant, occasione visitationum per Dominos Provinciales Directores Regios rite examinanda.

Haec proinde sunt, quae Sua Maiestas Sacratissima, erga relationem saepefati Domini Consilarii Aulici ab Úrményi interea quoque, quoad universalis de toto visitationis suae opere relatio per eundem Consilio huic Locumtenentiale Regio facta fuerit, elementer resolvenda, atque rescribenda esse duxit.

Quam proinde benignam resolutionem Caesareo-Regiam Excellentiae Vestrae pro effectuatorum effectuione, ac fine submittendae super eo, quatenam adhuc Instituta supremae Excellentiae Vestrae directioni benigne concedita ad Punctum 3. denotato elementer resoluta subsidio adhuc providenda sint, informationis intimandam, Eandemque Excellentiam Vestram de benigno iussu Regio in eo accurate moneudam habet Excelsum hoc Locumtenentiale Consilium Regium, ne in praemissorum requisita publicatione ullas moras nectat; sed cuncta quam celerrime expediri satagat. Datum e Consilio Regio Locumtenen-

tiali Hung. Posonii die 25-a Mensis Octobris anno Millesimo septingentesimo nono celebrato.

Excellentiae etc.

Ad officia paratus et paratissimi. Comes Georgius Fekete m. p.  
Gabriel Gyurtsányi m. p.

Eredeti és másolat. A nyitrai gymnasium levéltára.

133.

1779. deczember 16. A Vásárhelyi Máté-féle alap kezelése a gymn. igazgatóra ruháztatik. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Circa foundationem Mathaei condam Vásárhelyi in 3000 fl. ea ratione factam, ut tot, quot ex censu Capitalis Summae commode provideri possunt, in Gymnasio Nitriensi interteneantur, simul et vestiuntur studiosi iuvenes, habita semper primo amicorum, et consanguineorum, demum vero Nobilium filiorum ratione, ex relatione Comitatus Treuchiniensis eatenus constituti intellexit Excelsum Consilium Locumtenentiale Regium, ex hac 3000 florenorum summa, quae subinde sub potestatem Stephani Borsitzky devoluta est, florenos bis mille securo loco elocatos, pro florenis autem 1000 fundum desiderari.

Quo in merito posteaquam Suae Maiestati Sacratissimae demissa facta fuisset remonstratio, dignabatur Eadem Sacratissima Sua Maiestas benigne resolvere, ut, si nullus omnino fundus amplius pro incassandis praeattactis 1000 florenis supersit, hi mentionato Stephano Borsitzky relaxentur; quantum vero ad alios 2000 florenos, siquidem fundatio haec directe studiosos pauperes concernat, haec sub administrationem Gymnasii Nitriensis resignetur, atque pecuniae hae ad instar pecuniarum ad Congregationes spectantium distinctim, et non mixtim cum proventibus Collegii administrantur, huncque in finem etiam de crogatione quovis anno rationes medio mei, qua Districtualis Studiorum Directoris, Excelso Consilio Locumtenentiale Regio demisse repraesententur.

Quam altissimam resolutionem regiam eo fine Admodum Reverendae Paternitati Vestrae hisce perscribendam habeo, ut Eadem circa praevios iuvenes, quos nominanter ad dictam fundationem attacta mo-

qualitate denominandos, administrandam item pecuniariam perceptionem ad effectum dirigere, atque de hoc qualiter procurato relationem suam mihi submittere non intermittat. Quibus in reliquo Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae Posonii 16-a Decembris 1779. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

134.

1780. Vass szül. Nedeczki Juliánna 150 forintos alapítványt tesz a nyitrai kollegium javára. Fassinio 1783.

135.

1780. aprilis 8. Az intézet igazgatójának az új tanulmányi rendszer életbeléptetése körül kifejtett buzgóságáért tiszteletdíj helyeztetik kilátásba. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Quoniam relate ad Fundum studiorum cuncta hoc anno ad suum ordinem deducenda, augmentumque Fundi eiusdem inde certo consequuturum speretur: hinc benigne vult Sua Maiestas Sacratissima, ut per illa Instituta litteraria, quorum Directores remuneratione adhucdum destituuntur, publicetur, quod, cum ob defectum Fundi hucdum eadem remuneratio adsignari nequiverit, haec futuro anno, si non ubique ex integro, certe in medietate indubie adsignanda sit illis, de quibus respectivi Provinciales Directores Regii accurate adimpleti Systematis litterarii, expletique cum omni satisfactione muneris testimonium reddiderint.

Hanc proinde Benignam Resolutionem Regiam Admodum R. P. Vestrae tam pro congrua notitia, quam eiusdem etiam, velut per me pro remuneratione hac consequenda merito proponendae consolatione deservituram hisce perscribendam esse duxi. In reliquo cum propensione maneo Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae

Posonii 8-va Aprilis 1780. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

1780. majus 6. Szveteney Gáspár felsorolja végrendeletében a nyit-  
rai kollegiumra tett legutóbbi alapítványait s temetési költségei  
fejében egy házikót hagyományoz a kollegiumnak.

In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti Amen.

Cum ego infra etiam scriptus Caspar Szveteney de morte mea  
certus, de hora autem eiusdem, ac novissimo momento sim omnino in-  
certus; Ideo nunc quoadusque videlicet mihi adhuc per Dei clementiam  
plene praesens existerem, praesentem ultimae voluntatis meae Disposi-  
tionem, ac ordinationem sponte, benevole, ac libere condo, facio modo  
et ordine sequentibus. Et quidem

1-o. Tibi O Sacratissima, et Individua Trinitas, de cuius misera-  
tione peccatricem animam meam, vitamque sumpsi, Tibi inquam miseri-  
cordissimo Deo Creatori, Redemptori, et Sanctificatori meo eandem ani-  
mam meam, idque sub potentissimo Patrocinio Beatissimae Virginis  
Mariae, Sancti Angeli Custodis mei, et Sancti Casparis, cuius in Sacro  
Baptismatis fonte nomen assumpsi, reddo, ac trado.

Corpus vero meum exsanque, decenter in Crypta Ecclesiae B. M.  
V. Kövesdiensis (ad quam nimirum ex certis reflexionibus adhuc ab  
Excellentissimo condam Domino Episcopo Ioanne Gusztényi Titt. sine  
omni ulteriori solutione memet sepeliendi facultas concessa est) sepe-  
liendum commendo Patribus Piaristis Nitriensibus, ac ideo,

2-o. Pro funeralibus expensis et Exequiis assigno Iisdem Domum  
meam in inferiore Civitate Nitriensi e regione V. Collegii Ipsorum PP.  
Piaristarum habitam, et ab Ignatio Jancsécsek florenis Rhen. 133 com-  
paratam; ea modalitate: ut Iidem Patres Piaristae, ex hoc Fundo per  
me sibi legato, sumptus ad instituendum funus honestum necessarios  
erogare non graventur, prouti etiam mendicis, et pauperibus occasione  
funeris, et Exequiarum per Admodum Reverendum Patrem Rectorem  
exinde distribuantur floreni . . . . . 5.

Congregationi item studiosorum majori et minori funus meum  
comitantibus, facigeris insimul et Tumbam bajulantibus floreni 10.

3-io. Iisdem Patribus Piaristis, erga sacra N-ro 30. quotannis ab-  
solvenda, proque anima mea, ac consortis olim meae Dominae Julian-  
nae Maithényi, et Parentum Nostrorum, aut pro Fidelibus defunctis  
successive applicanda. Foundationem meam pio ex motivo factam, et in  
florenis 500 consistentem, ultro etiam ratihabeo.

Iisdem pro Anniversario animae meae quotannis rite celebrando disposui florenos Rhen . . . . . 100.

Pro Anniversario pariter Dilectissimae consortis meae Juliannae condam Majtényi dedi florenos . . . . . 100.

Item Iisdem RR. Patribus Piaristis, ea sub conditione, ut pro refrigerio animae meae, et memoratae Dominae olim Juliannae Majtényi consortis meae sacra N-ro 200. in Ecclesia partim sua Collegiali, partim vero Kövesdiensi, usque quo finiverint, continuo celebrent, jam persolvi florenos . . . . . 100.

Quibus tamen ducentis sacris reflecto, ut meminerint Centum in super illa Missae sacrificia adiacere, quae tanquam contractualiter obligati pro me celebrare tenentur.

Atque adeo pro Patribus Piaristis Nitriensibus hoc puncto 3-io denotatos, jam praevie deposui, et effective numeravi florenos Rhenenses in simul . . . . . 800.

. . . . . In reliquo demum cassatis, et mortificatis universis praecedaneis Actis, factis, Transactionibus, contractibus, et Testamentis meis, quae huic postremo Testamento meo qualitercunque obesse, et contrariari viderentur; reservata denique codicillum adjiciendi facultate, hanc unice declaro ultimam, et inalterabilem voluntatem, ac Dispositionem meam Testamentariam. Quam nominis quoque mei subscriptione, et sigilli usualis appensione communitam, Venerabili Capitulo Nitriensi demisse exhibendam statuo. Actum Nitriae Die 6-ta Mensis May Anno 1780. Caspar Szveteney.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

V. ö. Okmánytár 64. szám. Az 1783. évi a Helytartótanács-hoz felterjesztett Fassió-ban alapítványképen 3700 forint van felvéve, de tévesen, mert az összes alap csak 3200 forintot tesz ki.

137.

**1780. junius 20. Balla István végrendeleti hagyatéka a nyitrai collegium részére.**

Attyának, Fiunak és Szent Lélek Istennek nevében Amen

Én alul irtt Balla István etc.

1-o Az minémő Residentionalis házom vagyom, holtom után eladassék, és az pénz Pater Piaristak, Baratoknak, Zobri Baratoknak és Szent Jakab Templomara Lelkemért adassék, és ugyan feleségemnek moringja három arany és nyolcz forint ebből tellyen ki



2-o Cserman megöt két hold szántó földemet hagyom Pater Piaristaknak szasz forintokban, ugy hogy öttven forint maradjon Collegiumnak, öttven pedig Lelkemért szent Misikre, Az feldben való Terminis gabonabul mostani felesigemnek tizenkét méczét, a többi pedig maragyon Collegiumnak szent Misikre.

Melly ebili utólsó rendelisem etc.

Nyitrán die 20-a Junii 1780

Stephanus Balla m. p.

Coram me Stephano Hasko m. p. L. S. Coram me Josepho Leszyanszky senatore. m. p. L. S. Coram me Ignatio Cseh Civitatis jur. Notario m. p. L. S.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

138.

1781. márczius 1. Az intézet igazgatója tisztelet-dijban részesül.  
A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Gratosum Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii Intimatum, quo mediante Paternitati Vestrae Admodum Reverendae titulo remuneracionis, aut potius expensarum postalium pro praeterito 10 aurei resolvuntur, ac una demandatur, ut in futurum expensarum postalium specificationes recognitione concernentis Postae Officii legitimatas semper penes semestrales Informationes exhibeat, Reverendae Paternitati Vestrae isthic in Copia eum in finem transmitto, ut pro norma et observatione deserviat, atque conatus Eiusdem in promovendis officii sui rebus opinioni, expectationique correspondenter exstimulet. Qui in reliquo cum propensione maneo Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae

Posonii 1-ma Martii 1781. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

1781. aprilis 30. A Vásárhelyi-féle alapítvány ügyében. A pozsony-tank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Cum Dominus Ordinarius V. Comes Trenchiniensis Ladislaus Kőszeghy retulerit, ad rationem foundationis per Mathaeum olim Vásárhelyi pro pauperibus studiosis factae, et Gymnasio Nitriensi applicitae florenos 2000 ad manus Localis Directoris Gymnasii Trenchiniensis Patris Koroda mense adhuc Januario anni currentis, ut Nitriam transponantur, depositos haberi, restantes vero adhuc 1000 florenos ad praeallatam hanc Fundationem pertinentes amplius incassari nequire, eo quod vidua Testantis, substantiam Testatoris administrando, eandem in tantum extenuasset, ut pro excontentatione eorundem ad Fundationem hanc spectantium 1000 florenorum post mortem huius viduae fundus nullus adiutus sit, ac proinde ob defectum fundi, attactorum 1000 florenorum incassationis ratio cessaret.

Hinc erga gratiosam Excelsi Consilii Regii Locumtenentialis mihi sub 2 Mensis Aprilis anni currentis factam Intimationem, Paternitati Vestrae Admodum Reverendae conformiter ad priores Eidem hoc in merito per me iam datos ordines hisce committendum habeo, ut pecuniae hae, ad instar pecuniarum ad Congregationes Marianas spectantium, distinctim, et non mixtim cum proventibus Collegii administrantur, huncque in finem etiam de erogatione quovis anno Rationes per Paternitatem Vestram Admodum Reverendam mihi inominasse submittantur, praelibato Excelso Regio Locumtenentiali Consilio repraesentandae; ac demum de qualiter procurato praecedentium in hoc merito Intimationum mearum effectu, quemadmodum etiam an Fundtionem realiter iam perceperit? Eadem reflexorie iam admonita, informationem suam ocyus submittat. Qui in reliquo cum propensione maneo Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae

Posonii 30-ma Aprilis 1781. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

140.

1781. julius 31. **A Vásárhelyi-féle alap biztositása és az alapból befolyó jövedelem iránti intézkedés. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Intuitu Foundationis Vásárhelyianae in eo securitatis statu, atque sub onere repositionis in integrum, ad casum, quo aliquid ex hac ob incautam elocationem periculo amissionis obnoxietur Paternitati Vestrae Admodum Reverendae, qua scholarum Nitriensium Locali Directori, resignandae, apud Ordinis Superiorem per Excelsum Consilium sub 5-ta Mensis Julii necessaria disposita sunt.

Noverit proinde Paternitas Vestra hancce fundationem secundum Ordines per me de Gratioso Jussu Excelsi Consilii sibi iam datos, accurate administrare: dispensationem autem annue ex hac provenientium censuum nullam penitus propria activitate, et antequam opinionem suam super eo: quid? cui? et cur tribuendum censeat? mihi repraesentaverit, ac ulteriorem resolutionem superinde acceperit, facere sub onere nullitatis et refusionis. Denique super resignatione fundationis sibi facta, atque intervenita receptione quamprimum circumstantialiorem informationem mihi submittere. Qui in reliquo solita cum pensione maneo Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae

Posonii die 31-ma Julii 1781. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

141.

1782. januar 9. **Tarnóczy Miklós végrendeleti hagyatéka a nyitrai kollegium javára.**

In Nomine Sanctissimae et Individuae Trinitatis Patris et Filij, et Spiritus Sancti Amen.

Cum certum sit, Nos Mortales ideo nasci, ut moriamur, Mors autem certa sit, sed hora momentum illius ignoratur. Ideo Mortalis semper paratus esse debet. Ideoque

Ego Nicolaus Tarnoczy Corpore quidem Valetudinario, sed mente et ratione sanus, animam meam Sanctissimae et Individuae Trinitati, Patri, qui me creavit, Filio, qui me suo sanguine pretioso, et pretio amarissimae Passionis, ac Mortis suae infinito redemit, et Spiritui Sancto, qui me sanctificavit Meritis Magno Patrocinio, et praecibus immaculatae B. V. M. et omnium Sanctorum, Sanctarumque Dei, Angeli mei Custodis intercessioni commendo: Porro

Pro Refrigerio animae meae ad casum mortis V. Collegio Nittr. lego et ordino fl. 500 ex Capitali meo persolvendos, lego et ordino ita (ut) V. Collegium Nittr. Scholarum Piarum erga Interesse 6 pro Cento elocet memoratos fl. 500, et a ratione Interesse 30 Sacra celebret annuatim, menstruatim jam 2. jam 3. singulum sacrum intelligendo a fl. 1: praepremis pro refrigerio Peccatricis Animae meae et refrigerio Animae item Consortis meae Nobilis Xristinae Fabian, denique Ascendentium et Descendentium Nostrum.

Corpus autem meum Terrae unde Originem sumpsit commendo, sed illud ad Criptam V. Collegy Nittr. sepeliri cupio; quare pro funeralibus expensis moderatis et sacris eorum celebrandis eidem Collegio Nittr. Scholarum Piarum fl. 200 ex Capitali meo Solvendos ordino et lego. 4-o Salarium meum exhaerens inexolutum pro duobus integris annis, quippe 1780, 1781 et tribus Mensibus in fl. 430 idest fl. rhen. Quadringentis triginta, quia hoc anno Boros deposuit fl 20. Apud Dominum Consiliarium Carolum Majthey de Kesselökö, mercedem juste et fideliter promeritam, spero Dominus Consiliarius semel et simul deponet, si retinuerit, perbelle novit sua Dominatio Spectabilis, quid contra retentores statutum sit, adeoque ex praeactis 430 lego et ordino Joanni Hiress fl. 230, remanentes fl. 200 V. Collegio Nitr. pro sacris annue celebrandis N-ro 12 penes saepius factam declarationem, etc.

Datum Ürmény 9-a Januarii Anno 1782 Nicolaus Tarnóczy m. p. L. S. Per testatorem requisiti et simul praesentes Testes subscribimus: Petrus Gosztonyi de eadem ut requisitus Testis m. p. L. S. Johannes Gosztony aequae requisitus Testis m. p. L. S. Me quoque requisito teste Ladislao Sülle m. p. L. S. Ignatius Ilvay ut requisitus Testis m. p. L. S. Alexander Lehoczky ut requisitus Testis m. p. L. S.

Quod praesens par cum suo originali prae manibus Dominae viduae remanso per me collatum eidem in omnibus conforme sit, recognosco.

Sign. Ürmény die 6. Febr. 1782. Josephus Bacskády J. Cottus Nittr. V. Comes L. S.

142.

**1782. szeptember 2. Királyi engedély nélkül az 1770-ben megállapított számon fölül a szerzetes rendekbe senki sem vehető fel.**

6110. Placuit Suae Maiestati Sacratissimae ulterius etiam clementer ordinare, ne Numerus Religiosorum, qui anno 1770 defixus et stabilitus fuit, usque ulteriorem Benignam resolutionem augeatur, neve ultra hunc absque praevia Indultus Regii impetratione candidati cuiusque ordinis Religiosi adsummantur.

Benignam igitur hanc Ordinationem Consilium hoc Locumtenentiale Regium Excellentiae Vestrae intimandum habet, ut eandem exacte et ad amussim observari facere velit. De Dato 2 Septembr. 1782.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

Lib. Ordinationes Regiae etc. p. 37.

143.

**1782. november 27. A rendes tanári állomásokra csak azok folya-  
modhatnak, kik minden szigorlatot kiállottak. A pozsonytank. kir.  
főigazgató a nyitrai gym. igazgatónak.**

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime.

Siquidem Sacratissima Sua Maiestas clementer ordinare dignata sit, ut in posterum neque ad Concursum pro Ordinariis Cathedris alii, quam qui omnia rigorosa Tentamina praevia subiverunt, admittantur: hinc Admodum Reverendae Paternitati Vestrae de praeallato benigno Jussu Regio intimandum habeo, ut idipsum ad quorumvis, quorum inter est, notitiam in Litterario Instituto Directioni suae concredito, publicum reddere non intermittat. Qui in reliquo solita cum propensione manco Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae Posonii 27-ma Novembris 1782. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

1782. deczember 22 A nyitrai népiskoláról szóló jelentés elválasztandó a gymnasiumról felterjesztendő jelentéstől. A pozsonytanterületi kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime.

Cum circa semestrales informationes per Paternitatem Vestram Admodum Reverendam pro secundo Semestri anni evoluti submissas, id quod Eadem Informationem de Classibus quoque Elementaribus subnuxerit, eam praesumptionem causaverit, quasi in Gymnasio Nitriensi eadem classes de praescripto Systematis ad scholas Nationales pertinentes cum Classibus Grammaticis et respective Gymnasio latino necerentur; cum tamen a parte rei nunc provisorio tantum modo, donec quippe regulatis scholis Nationalibus iisdem connectuntur, sub Inspectione Paternitatis Vestrae Admodum Reverendae constituantur, ac adeo id ipsum Altissimo Loco notatum fuerit: hinc Admodum Reverendae Paternitati Vestrae intimandum habeo, ut deinceps eousque etiam, donec memoratae classes Elementares sub Inspectione eiusdem fuerint, Informationem de iisdem Gymnasii sui Informationi haudquaquam amplius subnectat; verum distinctim, omissis nomenclationibus, quibus classes eadem per Eandem exprimebantur, mihi repraesentet. Qui in reliquo solita cum propensione maneo Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae

Posonii die 22-a Decembris 1782. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

1783. A nyitrai nemesi konviktus házi törvényei.

*Leges Convictus Nobilium Nitriensis ab Excelso Consilio Regio Locumtenentiali statutae Anno 1783.*

§-us 1-mus.

Recepta ad hunc Convictum Nobilis Juventus, Patrem eiusdem Regentem non tantum omnibus Humanitatis Officiis colet, atque observa-

bit; sed illius quoque monita, adhortationes, mandata dedito promptoque excipiet animo, nec quisquam eius potestati resistere, refragari, aut repugnare sibi sumet; verum tanquam filii deditum commodis Libero- rum Patrem venerabuntur, tamquam subiecti suum suscipient Rectorem.

§-us 2-dus.

Subregenti vicaria Potestate praedito, Praefectisque in partem curarum, ac Regiminis vocatis pari obedientiae lege se subiectos esse noverint; hinc non tantum eorum Consilia maximi facient; verum pa- rendi promptitudine etiam Mandata praevertere satagant.

§-us 3-tius.

Huius Legis temerarii Violatores pro commerito per Patrem Re- gentem non facile remittenda poena mulctabuntur, ac nisi ad frugem mox redeant, emendentque, quod turpiter coeperunt, eorum Nomen Domino Diaecesano, ac Superiori Regio studiorum Districtuali Dire- ctori deferetur, quo culpa ita exigente, contumax, ac effroenis eiusmodi Adolescens lata sententia ex Albo Convictorum deleri possit.

§-us 4-tus.

Erga Artium & Scientiarum Magistros se non minus humanos, atque obsequentes exhibebunt, ac cuique illorum in Rebus ad Provin- ciam suam pertinentibus ex asse obtemperabunt.

§-us 5-tus.

Se etiam invicem fraterna charitate complectentur, cavebuntque, quae inficiunt, aut exacerbant, alteri Cognomenta imponere, gestu, aut signo contribuli illudere, vitia corporis, aut admissa objicere errata, minus in corpore, aut rebus laedere; denique omni injuria abstinentes in pace, ac charitate uti probos, sed comprimis Nobiles decet Ado- lescentes, vitam inter se agent.

§-us 6-tus.

Publica Sacrae Religionis ac Pietatis exercitia juxta constitutum in Gymnasio Sacrorum Ordinem, sed praeterea, quae Convictui peculiaris sunt, pio, devotoque animo perficient.

§-us 7-us.

De rebus Sacris, & ad Religionis Majestatem pertinentibus temere, leviter, aut joculariter dictum, vetitorum Librorum clam Praefectis facta in Musea & cubicula inductio, maxime autem Lectio, sed praecipue in Deum Blasphaemia, Sanctorum contemptio Rerum Sacrarum profanatio, obscenus Sermo, severa una ac sensibili poena vindicabitur.

§-us 8-vus.

Qui contubernalem his obnoxium Praefecto sciens non denunciaverit, erroris complex censebitur, ac ideo pari poena subjicietur.

§-us 9-nus.

In Ministros Domus Servosque Imperium nemo sibi arrogabit, nec exercebit; verum illorum opera praescriptis conditionibus utetur, nec acerbis verbis illos excipiet, minus convitio afficere audebit.

§-us 10-mus.

Conventicula, ac clancularios congressus, gravis, ac acerbae poenae irrogatione puniendos esse noverint.

§-us 11-mus.

Qui contra pacem, et tranquillitatem internam Convictus, Dignitatem Patris Regentis, aut Praefectorum auctoritatem, Professorumque existimationem aliquid nefarie moliri, aut conspirare in animum induxerit suum, apud Diaecesanum, et Superiorem Regium Districtualem studiorum Directorem rei agantur; quorum erit poenam culpae gravitati admensam ex aequo decernere, habebitur etiam in hoc casu de couseiis, ac complicibus diligens quaestio.

§-us 12-mus.

Recepti in Convictum, arma, et ejusmodi generis nocua Instrumenta Sub-Regenti cum suo adventu in curam tradant, ad lares Patrios iterum redituris restituenda.

§-us 13-us.

Pulveris pyrii ne minimam quidem portionem, aut alia ignis incitantia apud se habere nemo ausit.



§-us 14-us.

Fines Musaeorum, aut cubiculorum egredi, sed nec alterius subire Triclinium quisque attentet, qui ea propter punitus id facere non formidaret, Patri Regenti deferatur, si tamen inevitabilis id exigeret Necessitas, a Patre Regente alterum adeundi potestatem sibi impetret.

§-us 15-us.

Cum Patrem Regentem Convictus negotiorum causa aliquis accedere voluerit, tempus sibi constitui petat, neque ex improvise, ac inscio Praefecto ad illum adeat.

§-us 16-us.

Et quia Servis contra Legem, et Ordinem domesticum agentes Juvenes observandi, denunciandique Praefectis summa obligatio imposita foret, Nemo sibi sumet illos hac causa sive verbis, minus facto laedere, cum enim haec Injuria non modo in Personam laesi, sed ipsius Instituti violationem redundaret, graviori poena vindicabitur.

§-us 17-mus.

Sed neque quisquam arbitretur Contubernalium improbe, aut contra Leges Convictus aliquid agentium Delatione, Honestatis, Amicitiae aut Societatis Jura laedi; cum nonmodo charitas, sed ipsum communis existimationis studium, ac Conservatio id exigat; Hinc cavebunt omnes Delatorem quamvis sibi cognitum insectari, divexare aut ullo laedere modo.

§-us 18-vus.

Jurgia captare, rixari, certare Viribus, objicere Errata, mordaci perpressae Poenae commemoratione Contubernali illudere, non tantum a nobili, sed humano animo alienum est. Hinc Nemo id facere suscipiat.

§-us 19-nus.

Ad Mensam, aut cum recreandi causa convenerint, modeste decen-terque se habebunt, neque nisi munde, ac decore Vestibus induti, lotis manibus compositisque crinibus in Publicum prodibunt.

§-us 20-mus.

Res suas bono ordine servabunt, neque in cellulis, cubiculis, ac Musaeis aliquid immunde, ac sordide agent; sed etiam Vestimentorum diligentem curam habebunt.

§-us 21-mus.

Herbae Nicotianae Fumum trahere, sed nec in Pulveres redactam inscio, ac non probante Praefecto sumere quisquam ausit. Hinc Instrumenta ad fumandum Nemo adferat; Allata si fuerint, adimentur, Parentibus, aut Curatoribus restituenda.

§-us 22-dus.

Obsonia cuiuscunque generis, Fructus, Bellaria, Verbo omnia sine exceptione Edulia inscio Praefecto ne Musaeis, aut Cubiculis inferantur; Potus Indicarum Fabarum, Liqueorum & vulgo Chocoladae, quamvis a Parentibus admissus procuratusque foret, tamen ne ex crebro illius usu in Valetudinem aliquod consequatur detrimentum, absque Praefecti indulto, singulis vetatur.

§-us 23-us.

Rerum domo allatarum Dominiium Nemo sibi arroget, sed usum tantum a Parentibus concessum noverit; Hinc omnis suppellectilis diligentem quilibet curam habeat, neque ex illis, aut postea comparatis quidquam vendere, donare, aut commutare ausit.

§-us 24-tus.

Qui servo donum obtulerit inscio Praefecto, tentatae Corruptionis Suspicione notabitur; Hinc eiusmodi factum impune non relinquetur.

§-us 25-tus.

Non tantum Exitus, sed etiam intra fines Convictus vaga deambulatio, in Ambitu otiosa Commoratio, per fenestras tempore studii destinato prospectus, praetereuntium alloquutio in culpa censebuntur.

§-us 26-tus.

Quamvis Exitus per Patrem Regentem admissus fuerit, semper tamen ad Prandium, & Coenam redibunt, sed nec exeundi copia, nisi claris verbis facta sit, ulla interpretatione ultra Prandii et Coenae tempus extendatur.

§-us 27-mus.

Cui exeundi potestas concedetur, signum a Patre Regente in Fidem datum Janitori tradet, ac Redux illud iterum referet.

§-us 28-vus.

Nemini tum Convictorum, cum Alumnorum etiam integrum erit Literas ad Publicum Cursorem mittere, aut allatas percipere, verum scriptas ab illis Sub-Regentis partium erit per designatum deferendis Litteris communem Servum illarum Deportationi providere.

§-us 29-nus.

Et quia ex Litterarum Commercio in mores, ac animum Juventutis imminent Pericula, admittitur praeter eas, quae a Parentibus aut Propinguis scriptae essent, ut Pater Regens, aut illius Vices-Gerens soluto sigillo perlegere, et si aliquid perniciosi continerent, retinere, supprimereque possint. Nemo igitur ejus factum ad Injuriam, aut violati sigilli culpam interpretari praesumat.

§-us 30-us.

Lusus pro Pecunia sine Exceptione vetantur omnes; illos vero, qui tamquam Reipublicae perniciosi Regio Decreto proscripti sunt, ne quidem Joco, aut Recreationis gratia exercere quisquam attentet, quae enim justa causa vetantur, non decet in oblectationis modum eligere.

§-us 31-mus.

Pecunias nisi a Praefectis sibi datas Nemo deferat; hinc quas a Parentibus, aut Cognatis, illis insciis acceperunt in publicam Patris Regentis curam tradent, qui aliter fecerint, violatae huius Legis commeritam luent poenam.

§-us 32-dus.

Non modo intra Fines Convictus, sed etiam in Civitate ac Recreationum locis, qui domi vetiti Lusus sunt, pro talibus habentur.

§-us 33-us.

Januam Tricliniorum, quae incolunt, inaccessibili munire Sera, qui ausus fuerit, acerba mulctabitur poena.

§-us 34-tus.

Examini in Scholis Publicis constituto, Nemo se subducat; verum Legibus scholarum omnibus Rebus ac modis se accommodet.

Et haec sunt, quae Juventuti in Convictu Nitriensi existenti observanda praecipuntur. Et certe, si in memoriam revocaverint ea, quibus summo terrae Principi, Patriae, Genti Parentibusque non modo ipsius Naturae Institutione, sed clarissimis Religionis Praeceptionibus, strictissimisque Patriae Legibus obstricti sunt officia; mox plane intelligent non posse a probis, ac nobilis animi Adolescentibus ea gravia factu, aut difficilia observatu censer, quae ad explendas futurae vitae obligationes, ac praeterea gloriam, utilitatesque proprias, atque comoda tutissimam viam sternunt.

Másolat. Birtokomban. Dr. Takáts Sándor k. r. áldozár sziveségéből.

1783. april 2. A gymnasium igazgatója könyvvizsgálói tiszttel bízatik meg. A pozsonytank kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Qualiter nam Sacratissima Sua Maiestas benigne decreverit, ut librorum revisionis munus, quod in accurata vigilantia, ne quippe libri per Aulicam Viennensem librorum censoriam Commissionem prohibiti in Regnum invehantur, venundentur, et spargantur, consistit, Capitalium, Maiorum item, et Minorum Gymnasiorum Localibus Directoribus, et Praefectis ea ratione, qua in Regia Universitate Budensi, et Regiis Academicis cum peculiari Instructione librorum Revisores constituti sunt,

obeundum deferatur: ex Gratoso Excelsi Consilii Regii Locumtenentialis Hungarici sub 24. Mensis Febr. anni currentis N-ro 1414. ad me expedito Intimato uberius edocebitur Paternitas Vestra.

Quod proinde Eidem Paternitati Vestrae interea etiam usque Instructionem pro attactis in Universitate, et Academiis constitutis Revisoribus elargitam, iuxta quam in hocce librorum Revisionis munere procedendum; eademque accurate observanda erit, ipsasque librorum consignationes ordine alphabetico dein per eandem pro uberiori in occurrentibus casibus Directione in conformitate citatae Instructionis ad Catalogum referendas transmisero, sine eo communico, ut Paternitas Vestra semet tenoribus eiusdem quam exactissime accomodare, et clementer sibi delato munere ad amussim fungi noverit. Tricesimalibus Officiis, in quantum eadem obiectum hoc respectu etiam necessariae cum librorum Revisoribus fovendae cointelligentiae respicit, sua via debite instructis existentibus. In reliquo cum propensione maneo Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae.

Posonii 2-da Aprilis 1783. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

147.

1783. május 27. Rendfőnöki látogatás és ezen alkalommal hozott rendeletek.

In Nomine Domini Amen.

Anno 1783. die 3. Maji advenit Nitriam ante meridiem A. R. P. Norbertus Conradi a Pass. Domini, Praepositus per Hungariam Provincialis, cum Secretario Svo P. Ambrosio Latzko a Sancto Michaële, atque interfuit sequentibus diebus Examinibus utriusque Studii tam Theologici, quam Philosophici, Examinatoribus ab A. R. P. Provinciali constitutis Patre Vincentio Bencsáth Rectore Domus, P. Marcello Volako Rectore Vacienti, et P. Alexandro Czabay Convictus Nobilium Regente Nitriensis, quibus cum laude probataque prope omnium industria finitis, ad Suam Excellentiam Salutandam die 8. ad Mocsonok egressus. 9-a demum indixit Visitationem Canonice, factisque de more suffragiis defunctorum, Visitatoque Sanctissimo, ceterisque Altaribus, hora 7-a de Spiritu S. Sacrum dixit, sub quo Clerici omnes, Fratresque ope-

rarii Sacra Eucharistia refecti sunt. Revisis demum Officinis domesticis, clausuris portarum, ceterisque ad oeconomiam domesticam pertinentibus, vespere Exequiae pro nostris defunctis in alterum diem indictae sunt. 10-a Exequiae pro nostris habitae; Disputatio Logicorum; revisio praeterea Silvae et Curiae; ceteris diebus usque 13. tempus excipiendis redditionibus Conscientiae impensum: suspensa dein Visitatione die 13. iter Posenium et Viennam ad nonnulla negotia tractanda, tum ad Salutandos Archi-Episcopum, Excelsi Consilii Membra, ac Institutum commendandum, ingressus est. Redux, post salutatos Viennae Comites Vice-Cancellarium Hungariae, et Cancellarium Transilvaniae, ceterosque, ut temporum ratio postulat, in Cseklész reveritus est Excellentissimum Regni Cancellarium; venit 23-a Nittriam, Visitationemque resumpsit: exceptis numerosae Familiae Conscientiae redditionibus, subscriptis et revisis, quae ad usum concessae sunt, rebus, Disputationibus Theologicis et Physicis non sine solatio iterum interfuit, quod praecipue auxit pax et tranquillitas domestica Professorum cum in scientiis altioribus tam bonarum Artium studium et industria. Quibus ita actis, censusque Archivi et rei domesticae Libris, finem imposuit Visitationi, paucis quibusdam, quae sequentibus punctis continentur, ad majorem disciplinae Religiosae et studiorum progressionem statutis:

1-o. Puncta in Visitatione Anni 1773. a pie defuncto Antecessore constituta accurate sunt observanda. Quod et ad publicum Institutum decus et Sacrorum reverentiam faciunt. Sunt vero sequentia:

2-o. Pater Professor Basilius Professorii Director, Juniorum in spiritu habeat curam, et singulis mensibus minimum bis spirituales sermones cum nondum professis, maxime juniore conferat. Atque praecipue in pervigiliis apud nos solemnioribus.

3-o. Curabit Scholarum Director, ut Juniores nostri Docentes in Stylo soluto et ligato exercentur; assignata nonnunquam Materia ab ipsis elaboranda et Suae Paternitati, cum in Augusto venerit, praesentanda.

4-o. Distinctus sit rei oeconomicae liber, in quo in specie, quid in agros, vineas, Prata, Curiamque impenditur, fideliter connotetur. Perinde etiam eidem seorsim inseratur fructus agrorum, vinearum, etc. qui currenti taxetur pretio, ut constet, quid lucri, aut detrimenti re oeconomica Domui accedat.

5-o. Cum in vineas colendas magni fiant sumtus, et fructus persaepe exiguus, neque haberi possit ob earum distantiam inspectio et cura, ut venundentur, curandum est.

6-o. Sacerdotes Theologi, qui Iurisdictione gaudent, altero Theolo-

giae anno a petendis mortificationibus dispensentur. Una tamen cum ceteris Theologis tempore feriarum scholasticarum ad commotiones faciendas exeant. Quemadmodum et Clerici Philosophi cum Magistris Docentibus.

7-o. Cautum esto aut publice, aut privatim, maxime cum externis, de Regiis Constitutionibus sermonem facere, et de iis ferre iudicium. Temerarium enim est de eo iudicare, quod, ut sunt, sine Regiorum Mandatorum, ignoratur.

Cetera, quae in privato cuique commendata sunt, opere ipso, optimisque exemplis ut perficiantur iterum commendat Sua Paternitas. Quibus actis ad adorationem Sanctissimi processum est, et impertita a censuris absolutione, Visitatio haec Canonica terminata est die 27. Maji 1783.

Ambrosius Latzkó a S. Michaële Secretarius Provincialis m. p.  
Norbertus Conradj a Pass. Domini Provincialis m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

Liber Ord. Gen. Prov. et Visitationum Collegii Nitr. pp. 143—144.

148.

**1783. julius II. Az egyházi alapok összeírása ügyében. A m. kir.  
Helytartótanács a nyitrai megyés püspöknek.**

3142/237.

Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Comes etc.!

Sua Majestas Caesarea et Regio-Apostolica id etiam benigne constituit, ut super cunctis reliquis etiam, foundationibus, sive super Vigiliis anniversariis exequiis, parvis sacris requiem, libera, erectione feretri ac eiusdem illuminatione, Ministracione, Levitarum Assistentia, Musica, benedictionibus, rosariis, Orationibus, Concionibus, Litaniis, Sacris cantatis, Vesperis, Miserere, Stabat Mater, lampadibus coram imagine aut Altari, aliis illuminationibus, Novennis ac devotionibus, Christiana doctrina, processionibus, comitiva Venerabilis ad aegrotum, Veneratione reliquiarum, earumque expositione, Memento, Exercitiis, Matutinis, Conservacione Campanarum, paramentis et Ecclesiae necessitatibus, super conservacione Templorum, Capellarum, Altariun, Sepulchrorum Familiarum, Sepulchrorum Christi, Statuarum et imaginum, super Eleemosinis pauperum, qui extra et sub Missae sacrificio orare tenentur, vel pro

iis, qui graviter aegrotant, in praemium eorum, qui foundationum curam habent, super distributione in et extra Claustra, apud Magnates cibationis infirmis, Vestitus pauperibus, super receptione peregrinorum, summarie super qualicumque sub nomine Venientibus devotionibus, spiritualibus exercitiis, aut piis operibus in quibuscunque subsistant legatis et foundationibus genuinae ac sinceræ fassiones iuxta adnexum formulare intra bimestre spatium a dato huius Emanationis absque formanda difficultate exhibeantur, secus ubi eiusmodi subcicita fundatio detecta fuerit, non tantum Capitalia aut illud, in quo similis Substantia consistit, sequestrabuntur, sed et beneficiatus, aut qui usum inde haberet eodem in puncto frustrabitur, illi autem, qui subductionis et occultationis foundationis se vel alicuius circumstantiae reos aut participes reddiderint, peculiari quapiam poena afficientur.

Quam proinde benignam voluntatem Caesareo-regiam Excellentiae Vestrae finem in eum hisce intimat Consilium hoc Locumtenentiale Regium, quatenus eandem Universis Religiosorum Ordinum Provincialibus et cunctis aliis, quorum interest, actutum notam reddere, praescriptasque tabellares informationes exigere, easdemque indilate horsum promovere velit. De dato 11-a Julii 1783.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Lib. Ord. Reg. etc. p. 47.

149.

1783. julius 14. Rendelet az alapok változtatlan fentartása és az alapok eltitkolói feljelentőinek jutalmazása ügyben. A magy. kir. Helytartó tanács a nyitrai megyés püspöknek.

3142/234.

Excellentissime etc.

Sacratissima Sua Caesareo-Regia Majestas sequentes, ac modernis circumstantiis accommodandas regulas praescribere decrevit.

1-o. Interdicit Universo Clero tam Communitatibus, quam et Singillativis Personis omnem venditionem, permutationem, edictionem, donationem, verbo, quamvis abalienationem, caeteroquin illegalem alicuius religiosae aut ecclesiasticae substantiae quocunque sub Nomine aut Praetextu absque quaesito et obtento concernentis Dicasterii indultu.

2-o. Extendit autem se haec prohibitio ad omnem evenibilem abalienationem ad fundos immobiles et realitates, ad capitalia fundatio-



naliam, ad Templorum, Claustrorum praetiosa, ad omnia mobilia, quae seu ad Domum quampiam Religiosam pertinent, seu Beneficiorum ecclesiasticorum fundum instructum ingressa sunt, et ad quaevis Jura, ex quibus utilitas quaecunque in Beneficium, aut Beneficium dimanat.

3-o. Si quis praesumeret huic Suae Majestatis Interdicto contravenire, ab hoc non tantum quacunque modalitate sine praevis impetrato indultu ad se pertracta sua via in omnia recipiatur, sed et talis circumstantiis commensuratum animadversionem subibit. Religiosis autem Communitatibus, aut Singillativis personis, qui aliquid tale quaecunque abalienaverint, Proventus usque plenariam abalienationem, rufusionem sequestrabuntur.

4-o. Quicumque taliter abalienatam, aut alias occultatam, et clandestinariam realem substantiam, Capitale, pretiosum, mobile, ac alios Religiosos proventus detegit et denunciatur, hic subdito Nomine per tres annos 4-uor procentuale Interesse ab aestimationali pretio, et denunciato realis capitalis et pretiosi valore nanciscetur excepto Possessore aut Religioso Superiore, qui omnia haec de se ipso indicare obstrictus est. Et haec est Suae Majestatis positiva voluntas.

Quod proinde Excellentiae Vestrae tam pro sui directione ac accurata observandorum observatione, quam etiam sine mora apud universum sibi subordinatum Clerum et Secularem et Regularem ope circularium iustituenda publicatione hisce intimandum duxit Consilium hoc Locumtenentiale Regium. Datum ex Consilio Locumtenentiali Regio Hungarico Posonii Die 14 Mensis Julii Anno 1783. celebrato.

Excellentissimae, Illustrissimae ac Reverendissimae D. Vestrae ad officia paratissimi Com. Georgius Fekete. Franciscus Szkerletz. Michael Prezeker.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Lib. Ordinationes Regiae etc. p. 46.

150.

**1783. augusztus 14. A nyitrai kollegiumban fenállott bölcseleti és hittudományi tanfolyam ezen intézetek új rendezésével megszűnik.**

**A magy. kir. Helytartótanács a nyitrai megyés püspököknek.**

4584/385. 7640.

Excellentissime etc.

Circas submissas ratione complurium ordinum Religiosorum et domesticorum studiorum suorum desideratas informationes facta ad

Majestatem suam Sacratissimam humillima abhinc repraesentatione, Eadem Majestas Sacratissima eorum privatorum studiorum abrogandorum, et Cleri studentis regularis intuitu recenter editas in germanicis haereditariis provinciis ordinationes regias ad Regnum quoque Hungariae, Partesque eidem clerum item secularem et episcopalia Lycea extendere clementer decrevit, huicque benignae ordinationi suae regiae eo firmitus iusistere, quo magis persuasa est, propositum secus salutarem introducendi omnimodae studiorum uniformitatis scopum nullo modo obtineri quire, si videlicet tot numero episcopis particularia in Dioecesibus suis seminaria habere, vel saltem pluribus Lycaeis praeesse integrum esset, quorum videlicet cogitandi ratio ac principia tam diversa saepe abs se invicem sunt, quantum illa diversorum Religiosorum ordinum inter se differunt.

Et hinc placuit Altefatae suae Maiestati Sacratissimae ex praemissis motivis circa universa Secularis et Regularis studia Theologica sequentia benigne resolvere et committere, ut

1-o. Sublatis quibusvis tam iis videlicet, quae pro Religiosis in conventibus suis, quam et quae pro seculari Juniori clero in Lycaeis episcopalibus hactenus habebantur studiis, in generali Budensi Seminario universa ecclesiastica Juventus ex Archi-Dioecesi Strigoniensi et Dioecesibus Agriensi, Vaciensi, Jaurinensi, Veszprémiensi, Albensi et Sabariensi congregetur.

2-o. Studium Theologicum Agra Cassoviam transferatur, ac ex amplo ibidem pene vacuo abolitae societatis collegio Seminarium pro clericis Dioecesium Nittriensis, Neosoliensis, Rosnaviensis, Scepusiënsis, Magnovaradiensis, ita et pro Graeco-Catholicis Munkatsiensis Dioeceseos constituatur, quorum pars non exigua in amplo etiam Patrum Franciscanorum ibidem existente coenobio locum habitura est. Existens porro

3-io. Magnovaradini studium Theologicum Quinque-Ecclesias transferri oportebit, illudve in erigendo ibidem seminario Juventuti clericali e Dioecesi Archiepiscopali Colocensi, uti et Csanadino, Vukovárino, Zagrabia Segnia ac Quinque-Ecclesiis illic aduandae tradendum veniet, casum nihilominus in eum, quo in urbe ne fors Quinque-Ecclesiis nullum idmodi publicum aedificium aut monasterium reperiretur, quod pro usibus constituendi seminarii aptari quiret, eidem Calocza substituenda foret.

4-o. Cuncta reliqua nunc existentia Seminaria ac Theologica studia pro futuro cessare omnino ac sufferri clementer vult Sacratissima Sua Majestas; cunctis ceteroquin Dioecesanis integrum manebit Juventutem clericalem quamprimum illa Sexennium studiorum suorum his in se-

menariis absolverit, facto praevis examine ad sacros ordines promovere, eosdemque subinde etiam per aliquot tempus ingenium moresve eorum magis adhuc excolendi gratia apud se se retinere.

Quoniam autem

5-o. Inter modernum Junioris cleri Secularis et Regularis statum ac illum inter, qui pro futuro stabiliendus foret, discrimen omnino fieri oporteat, ex eo clementer vult summe nuncupata Sua Majestas, ut interea temporis illi studiosi Religiosorum ordinum, qui nunc vestem religiosam iam induti sunt, in sui aut alterius ordinis religiosi monasteriis vel saecularibus aedibus erga censum locandis congregandi, victuque et amictu per suos providendi studia sua in uno praedictorum locorum, aut in Universitate Budeusi terminent; pro futuro autem nemo unus amplius in quempiam religiosum ordinem recipiatur, aut ad majores ordines admittatur, qui non praevis sex annorum intervallo in praescriptis ibidem disciplinis pro eo ac oportet institutus eruditusque fuerit, cunctaque studia sua oplato cum fructu absolverit.

6-o. Suapte consequitur in seminariis his omnes qua clericos congregandos esse, eosdem exacto non nisi in his studiis sexennio aliquem Religiosorum ordinem, si voluerint, amplecti posse. Institutum autem hoc

7-o. A prima Novembris Anni labentis initium sumere debet ita, ut per isthoc temporis spatium cuncta nunc existentia seminaria episcopalia unita, studensve Junior clerus in determinatis illis locis, inque pro ratione eorum status ac destinationis distribuendi forent, sint congregati.

Haec itaque sunt, quae Excellentiae Vestrae de altissimo jussu Regio pro eo intimanda habet Consilium hoc Regium Locumtenentiale: quatenus illius ad effectum absque mora procedere, Religiosorum in gremio Dioecesis suae existentium Superiores superinde mox edocere, occurrentes nefors in uno aut alio difficultates, quanto ocyus isthuc pro adferendo in tempore remedio indicare, eo denique rem omnem inviare operamque suam, quam diligentissime impendere satagat, quo negotium isthoc cum initio adfuturi anni scholastici 1-a quippe Mensis Novembris incholari valeat. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali Hungarico. Posonii die 14. Augusti Anno 1783. celebrato.

Excellentissimae etc. Dominationi Vestrae

Ad officia paratissimi Christophorus Niczky. Ludovicus Boros.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Liber. Ordinationes Regiae etc. pp. 49—51.

1783. november 29. A nyitrai kollegium javadalmainak és terheinek hivatalos bevallása.

Collegium Scholarum Parum situatum in Regno Hungariae in Comitatu et Civitate Nitriensi.

Possidet in Bonis immobilibus et Reditibus intabulatis 1-o jure pignoratitio Curiam in Párúcza situatam in Comitatu Nitriensi. Possidet 2-do agros, vineas, hortos, prata et pleraque ex his jure emptionis, non nulla jure donationis.

Dominium habet nullum.

Adeoque a Censu Urbariali percipit nihil. A frumenti aut viui Decima nihil.

Fabricas et molas habet nullas.

Curia Párúczensis constat ex duabus domibus in eadem area sitis, adnexa Braxa, Macello, jure educilli, et hortulis duobus: pertinet ad eam silva et duo pratella, ex quibus simul sumptis unus currus foeni confici solet.

Data est haec Curia in Arendam excepta silva, et uno exiguo hortulo. Arendator praeter 4 Urnas Cerevisiae. et a qualibet coctura Metretam Siliqarum solvit in Aere parato fl. 240: unde deductis ordinariis expensis in reparationes et sarta tecta manent circiter fl. 190. Allodium aut alias domos individuas vel aedificia, quae annum proventum inferant, habet nulla.

Ex stipendiis Sacrorum, item a Crypta et pulsibus funebribus per annum percipere solet circiter 371 fl. 70. d. Pro faciliori intertentione Professorum Philosophiae, qui etiam juniorem Clerum Saecularem docent a Seminario percipit annue circiter fl. 100. Sed haec pensio non est in perpetuum collegio obligata; pendet enim a libera voluntate Dantis.

Cum in hoc collegio junior Scholarum Piarum Clerus Regularis studiis Philosophicis et Theologicis operam dare soleat educeturque in spem Provinciae et Boni publici pro faciliori eiusdem subistentia solent non nunquam alia collegia contribuere, quae contributio per annum facit interdum fl. circiter 100, interdum prope ducentos fl 200 plus minusve. Sed contributio ista perpetua non est, fitque rarius et tunc potissimum, quando gravis Necessitas postulat.

Alios individuos quocunque vocabulo Nominatos fundos hoc collegium nullos habet, praeter iam expositos et adhuc uberius declarandos.

Agros possidet universim 13, ex his 10 siti sunt in Territorio Párúczeni, 3 in Nitriensi. Primus in Territorio Párúczeni est Metretarum  $10\frac{1}{2}$ , Secundus est Metretarum 7, Tertius Metretarum 9, Quatus Metretarum 5, Quintus Metretarum  $2\frac{1}{2}$ , Sextus Metretarum 4, Septimus etiam 4, Octavus Metretarum 3, Nonus Metretarum  $3\frac{1}{2}$ , Decimus Metretarum  $4\frac{1}{2}$ .

In territorio Nitriensi ager unus est Metretarum 4, alter 8, ultimus ager est in Arendam datus Francisco Balla civi Nitriensi, qui ab eodem annue pendit fl. 6.

Hi agri omnes cultivantur partim collegii equis, partim conductis. Proventus qui ex illis percipitur, vix ultra quadrantem anni collegio pro pane unquam sufficit, interim deductis deducendis aestimari potest circiter fl. 90.

Vineas possidet universim 9. Ex his 5 sunt in promontorio Schintaviensi, una ex tribus conflata in promontorio Zobriensi, tres quarum una ex duabus composita est, in promontorio Sólyomhegyiensi.

Duae Vineae Schintavienses iuxta domum sitae sunt fossorum 120, aliae tres paulo remotiores a domo simul fossorum circiter 90.

Vinea Zobriensis est fossorum 118, Solomhegyiensis autem 130. Lucrum ex Vineis hoc anno speratur bonum: anno praeterito deductis deducendis erant puri lucri circiter fl. 150: prioribus compluribus annis, non lucrum, sed damnum ex vineis percipiebatur, tam exigua fuit procreatio: quo non obstante cultivantur, propter Spem melioris et facillioris, si occasio daretur, earundem venditionis.

Si in Arendam hae Vineae locarentur, metus est, ne per Arendatores lucro alioquin inhiantes destruantur penitus.

Prata possidet universim 10, ex his 9 in Territorio Nitriensi, unum et illud valde exiguum in Párúczeni: horum pratorum alia majora sunt, alia minora: tantum ex omnibus simul sumptis percipere solet foeni, quantum fertili anno pro Necessitatibus domesticis sufficit, sterili non sufficit: vix aliquando quidpiam de foeno superfluit, quod distrahi possit.

Gaudet praeterea hoc collegium tam in Territorio Nitriensi, quam in Párúczeni, jure communis pascui, pro suis dumtaxat pecoribus, quod proinde aliis locare non potest.

Hortos habet tres: duo ex his domestici, tertius, sed valde exiguus in Curia Párúczeni; hortus qui maximus est, habet in longitudine Origias 34, in latitudine totidem. Olera in his sicco anno admodum pauca procreantur; humido quae proveniunt, nunquam in ea copia sunt, ut non aliqua emi debeant.

Fructus ex arboribus percipit paucissimos, imo cum duo horti

domestici terram, cui saxum substratum est, non admodum altam habeant, nec arbores radices suas profunde agere possunt, nec proinde diu durant.

Silvam possidet unam, quae ad curiam Páruczensem pertinet: constat haec silva Orgijs quadratis 44989; quia vero nunc primo sensim adolescit, focalia ligna nulla habet, nec proinde fixum et stabilem proventum dare potest: dum annis quibusdam purgatur, ut felicius surescat, fasciculi ex caesis ramis compositi sufficientem calefactionem collegio praebent per hyemem, qui fasciculi deducto operariorum labore et custodis pensione vix 50 florenos valere possunt.

Insulam hoc collegium nullam habet.

In Debitis Activis Foundationis erga Interusurium etc.

Summa omnium pecuniarum fundationalium . . . . . 60900 fl.

Ex pecuniis fundationalibus sequentes partim periverunt, partim consumptae sunt.

Ex 24000 Mattyasovszkyanis in aedificium insumpta sunt 9000, adeoque manserunt adhuc 15000, ex his rursus in varias domus necessitates consumpti sunt . . . . . 500 fl.

Bossanyiani in aedificium insumpti . . . . . 200 fl.

Jeszenszkyani in aedificium insumpti . . . . . 100 fl.

Filoiani periverunt . . . . . 200 fl.

Ex 800 Slopnyayanis apud Halleval periverunt . . . . . 600 fl.

Praeterea residui consumpti . . . . . 200 fl.

Ex 1000 Ordodyanis consumpti . . . . . 500 fl.

Ex 800 Hajnovicsianis in Oeconomiam insumpti . . . . . 100 fl.

Klainerthiani in fabricam templi insumpti . . . . . 200 fl.

Bokoriani in fabricam templi insumpti . . . . . 1500 fl.

Viuivarteriani consumpti . . . . . 200 fl.

Tarnoczyani consumpti . . . . . 500 fl.

Medveczkyani consumpti . . . . . 200 fl.

In curia Paruczensi investita sunt

Jakliani . . . . . 1000 fl.

Ex 1000 Ordodyanis . . . . . 50 fl.

Ex 800 Hajnovitsianis . . . . . 100 fl.

Summa omnium consumptarum et investitarum pecuniarum 5550 fl.

Summa totius facultatis simul cum redditibus Interusuriorum ad privatos Religiosos pertinentium Fl. 4202. Dn.  $7\frac{4}{5}$ .

Detractis Interusuriis passivorum Debitorum Fl. 26 Dn.  $65\frac{2}{3}$  detractis item Interusuriis ad privatos Religiosos pertinentibus Fl. 139 Dn. 50 remanent, residui Proventus Fl. 4035 Dn.  $92\frac{2}{15}$ .

Sequuntur Onera, quae inhaerent collegio :

Hoc collegium destinatum est pro convenienter intertenendis Religiosis 32, in quorum Intertentionem exeunt circiter Fl. 2914 Dn. 90

Habet praeterea hoc Collegium ad obsequium sui servitores 13. quorum provisio annua mediocri calculo requirit circiter Fl. 577 Dn. 38.

In Ecclesiam et Eleemosinas impenduntur circiter Fl. 314 Dn. 36.

In Reparationes Aedificii et Sarta Tecta Fl. 136 Dn. 31.

In varios Opifices Fl. 157 Dn. 27.

Summa praeattactarum Erogationum Fl. 4100 Dn. 22.

Defalcatis iis a supraattactis proventibus apparet defectus in Fl. 64 Dn. 29<sup>9</sup>/<sub>15</sub>

Hic vero defectus, uti etiam alter, quem hoc Collegium propter paupertatem suam, et quorundam Debitorum magnam in solvendis Interusuriis difficultatem, saepe sentire cogitur, tam in praestando Religiosis Victu et Vestitu, quam etiam in reparandis Aedificiis et sartis tectis conservandis, quando videlicet haec majores expensas necessitate emergente requirunt, quantum fieri potest, suppleri solet, partim et Seminarii pensione, partim etiam ex contributione Provinciae.

Pro Vigiliis, Concionibus, Litaniis, Vesperis aliisque quibuscunque in Gratoso Intimato enumeratis nullam in Collegio Nitriensi Scholarum Piarum, nisi ut praemissum est, adesse foundationem testor, et in fidem subscribo Nitriae die 29, 9-bris anni 1783.

P. Vincencius Bencsat ab Assumpt. B. V. M.

Collegii Nitriensis Scholarum Piarum Rector m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára: Passio de Piis Foundationibus Collegii Nostri Sch. P. Nitriensis Anno 1783. Exc. Consilio exhibita.

**1783. december 19. A konviktusok felosztása ügyében. A pozsonytankerületi kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Quidnam Sacratissima Sua Maiestas... circa regulanda Seminaria Cleri, convictus item, et respective Foundationes in educationem Patriae Juventutis destinatas clementer decreverit, ex advoluta Exc. Consilii L. R. Intimationis sub 9. delabentis Mensis X-bris ad me expeditae

Copia uberius intellectura est Paternitas Vestra. Quae proinde pro notitia et directione eiusdem Paternitatis Vestrae, ac eorum, quorum interest, deservient: ea proinde non tantum in Consessu literario publicare, sed et Juventuti scholasticae, in quantum eandem concernunt, significare noverit Paternitas Vestra. Quois persevero Posonii 19 Xbris 1783. P. V, A. Reverendae

Servus paratissimus. C. Franc. Balassa m. p.

Copia.

Excellentissime etc.

7. In ordine ad Academias et Convictus benigne resolvit summe facta Maiestas, ut omnia eiusmodi Instituta et Domus, ubi Juventus hucusque in Communitate educabatur, deinceps simpliciter supprimantur. Verum obtingens pro Juvenum intertentione emensum in stipendia permutetur, ac illi universim . . . Posonium contrahendi, aut in minoribus separatis Cameradis, aut vero singillative apud suos Parentes, Consanguineos, vel Amicos, ipsos quoque Cives de victu, hospitioque prospicere sibi ipsi debeant.

Datum ex Consilio R. L. Huug. Posonii die 9. Mensis Xbris A. Dni 1783 celebrato.

Excellentiae Vestrae

Ad officia paratissimi C. Christophorus Nitzky m. p. Lazarus Somsich m. p.

Eredeti és Másolat. A nyitrai gymnasium levéltára.

153.

1784. junius 1. Felsőbb rendelet a német nyelvnek az ország közhivatalai és iskoláiban való behozatala iránt. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Quidam Sacratissima Sua Maiestas relate ad usum linguae Germanicae in pertractandis cunctis negotiis publicis in locum hactenus vigentis Latini idiomatis introducendum clementer praecipere dignata



sit, ex isthic advolutis Exc. Consilii L. R. ad me dati intimati paribus ubertim edocebitur Paternitas Vestra Admodum Reverenda.

Haec proinde altissima ordinatio Regia finem in eum Eidem Paternitati Vestrae praesentibus nota redditur, ut ad illud cumprimis, quod pucto eiusdem septimo de non admittendis inde a 1-ma Novembris 1784 ad scholas latinas iis, qui remonstrare non poterunt, quod germanice scribere, et legere sciant, advertat, omnesque suos conatus, et studia eo convertat, perque subalternos suos Professores de his plene informandos converti faciat, ut Benigna haec ordinatio Regia desideratum effectum consequatur. Queis in reliquo maneo Posenii 1-ma Junii 1784.

Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae. Servus paratissimus.  
Comes Franciscus Balassa.

Copia Intimati sub Nro 11409.

Excellentissime et Illustrissime Domine Comes !

Usus in cunctis negotiis linguae mortuae, ut latina est, satis indicat, nationem nondum certum luminis gradum assecutam esse, cum tacitum de eo praebet testimonium, quod aut natio sua ordinaria nationali lingua destituatur, aut in eadem nullus popularium legere, aut scribere sciat, ac quod non nisi docti, qui latinis studiis operam navarunt, unice in statu sint, suas scripto exprimendi cogitationes, quin imo quod ipsa natio in tali lingua regatur, ac iudicia accipiat, quam ipsa nec quidem intelligit. Clarum de hoc testimonium perhibet id, quod apud cunctas cultas Europae nationes Latinum idioma a negotiis exulet, illudque unice adhuc in Hungaria, partibusque ei adnexis, magno item Transilvaniae Principatu, ac Polonia suam priscam sedem retinuerit.

Si Hungara vernacula in eodem Hungariae Regno, partibusque illi adnexis, Magno item Transilvaniae Principatu communis foret, posset tum equidem in ipsis etiam pertractandis publicis negotiis illius usus fieri; ast notum est Germanicam, Illyricam cum multiplicibus illius dialectis, item Valachicham adeo perinde in usu esse, ut Hungarica pro communi lingua haberi omnino nequeat. Nullum proinde aliud idioma, ac germanicum, quo alioquin ipsa Monarchia in cunctis militaribus non minus, ac politicis negotiis utitur, pro gerendis negotiis deligi poterit: quanta inde in commune bonum dimanent commoda, si in eadem Monarchia non nisi unum vigeat idioma, atque in illo solo negotia expendantur, quanto pere cunctae totius Monarchiae partes arctius invicem connectantur, et

accolae illius propiore fraternitatis vinculo invicem iungantur, facile quisque perspiciet, atque ubertim Gallicae, Anglicae, et Russicae Nationum exemplis convincetur. Quam porro ipsi genti huic Hungaræ proficuum futurum est, si tempus suum tot vernaculis, quæ in regno usitatae sunt, addiscendis haud contereere debeat, missoque maximam partem linguae latinae usu, cuncti illorum per cognitionem linguae ipsius Monarchiæ ad gerenda in cunctis eius partibus, domestica non minus, ac extera negotia, adeundaque munera sese idoneos reddere potuerint.

Momentum itaque illud, quo praestitum hunc sibi pro gloria ipsius nationis totiusque adeo Monarchiæ scopum Sua Maiestas Sacratissima assequi valeat, nunc iam advenisse rata sequentia benigne constituit quippe ut :

1. Penes Cancellariam R. Hungaricam, Transylv. Aulicam inde a 1-ma 9bris labentis anni cuncta negotia exceptis iuridicis, quæ adhuc per unius anni curriculum Latino idiomate tractari poterunt, non nisi lingua germanica pertractentur, atque in hac etiam lingua cunctae ad dicasteria Provincialia et eandem Cancellariam fiant expeditiones, illis tamen, quæ directe ad Comitatus dimittuntur, usque 1. 9bris 1785 adhuc latino idiomate expediendis. Hinc penes eandem Cancellariam Aulicam inde ab indicato 1-ae 9bris 1784 termino, non alia memorialia acceptabuntur, quam quæ germanico sermone concepta fuerint.

2. Aequè a 1-a 9bris 1784 cuncta Provincialia Regni Inng. Partiumque adnexarum, item M. Principatus Transilvaniae Dicasteria, negotia penes eadem occurrentia, perinde germanico idiomate in ipso gremio pertractabunt, atque adornandas ad Suam Maiestatem Sacratissimam relationes, et remonstrationses eodem idiomate concipient. Expeditiones autem ad subalternas Jurisdictiones dimittendas per curriculum unius adhuc anni latine exarabunt, atque per idem tempus accipiendas ab iisdem relationes latino idiomate pro re nata tanquam acclusa summe memoratae Suae Maiestati submittent.

3. A 1-a 9-bris 1785 cuncti Comitatus, L. Regiæque Civitates, Districtus item separatas portas habentes, ac respective Sedes, cuncta item subalterna Cameralia Officia universa sua negotia lingua germanica tractare, ac in hac tam relationes suis instantiis, demissas item ad Regiam Maiestatem Suam remonstrationses, prout et cunctas invicem ducendas correspondentias exarare debebunt, quemadmodum etiam Cancellariæ Regiæ Hung. Trans. Aulicæ in mandatis datum est, ut expeditiones ad Subalternas Jurisdictiones: Comitatus videlicet et Civitates, nec non Districtus separatas portas habentes dimittendas, ut

superius dictum est, usque 1-mam 9-bris 1785 latino idiomate, dein spatio duorum annorum tam easdem, quam et universas literas patentes columnaliter in una quidem parte latine, in alia vero germanice conceptas, dein vero evoluto hoc termino non nisi idiomate germanico expediat; quod ipsum Provincialia quoque dicasteria in suis ad varias Regni Jurisdictiones dimittendis expeditionibus observabunt.

4. Post spatium trium annorum cuncta Juridica dicasteria, et fora occurrentes apud eadem Processus in suis sessionibus germanico idiomate pertractandos, actque advocati etiam in hoc idiomate allegationes suas concinnandas, iudicioque exhibendas habebunt. Ut terminus hic pro ratione circumstantiarum altissimo loco suo tempore demisse representandarum prorogetur, aliena non erit Sua Maiestas Sacratissima; leges ceteroquin poterunt in lingua latina permanere, cum alioquin Advocatos, et Judices idiomatis huius, quod partem altiorum studiorum constituit, gnaros esse oporteat.

5. Deinceps nemo officio cuipian, quaecunque demum illud sit, in dicasteriis, comitatibus, aut linea Ecclesiastica admoveri, aut illud adipisci poterit, qui non linguae germanicae gnarus sit; quod penes Dicasteria a dato praesentium, penes Comitatus post curriculum unius anni, in minoribus autem Ecclesiasticis et Secularibus officiis post tres annos illibate observandum erit, ac inde a 1-ma 9-bris 1785 nemo, qui linguam germanicam non calleat, penes Comitatus etiam Candidationis, ad quaevis officia Magistratualia capax erit.

6. In ipsis Regni Diaetis usum linguae germanicae introduci, ac illam pro tractandis negotiis constitui vult Sua Maiestas Sacratissima; quare post triennium nullus deputatorum eo mittatur, qui linguam germanicam haud possideat.

7. Inde a 1-ma 9-bris 1784 nullus Juvenum ad latinas scholas admittatur, qui in statu haud fuerit remonstrandi, quod germanice legere et scribere sciat. Caeterum in ordine ad scholas qualiter deinceps relate ad usum linguae germanicae in iisdem magis communem reddendum regulandas plenior Benigna resolutio Regia proximius subsequetur.

Haec itaque est positiva Suae Maiestatis Sacratissimae, et post maturam deliberationem, secutamque plenariam animi convictionem in commoda, et honorem Hungariae nationis concepta resolutio, cuiusmodi consilium non ea mente inivit, ut nationales linguas extirpatum eat, sive ut variae in Regno Hungariae provinciisque adnexis, nec non M. Princip. Transilvaniae degentes nationes usum nativi sui serinonis deponant, atque alium condiscant, neque vero ut privatae altissimae

subserviat commoditati, verum eo unico tendit haec altissima Regia ordinatio, ut ii, qui gerendis publicis negotiis sese consecrant, germanici in vicem latini idiomatis in pertractandis iisdem publicis negotiis usum faciant, ac Juventus huius loco illud condiscat. Ac ideo Sua Maiestas Sacratissima nec per ulla in contrarium faciendas repraesentationes a procurando eiusdem ordinationis Regiae effectu sese dimoveri patietur.

Hanc proinde altissimam ordinationem Regiam Consilium hoc L. R. de Benigno iussu Regio Excellentiae Vestrae ea cum intimatione notam reddit, ut omnes conatus et studia eo convertere velit, quo Benigna haec ordinatio Regia desideratum effectum indubie sortiatur. Datum ex Consilio R. L. Hung. Posonii 18-a Maii 1784.

Ad officia paratissimi. Comes Christoph. Nitzki m. p. Franciscus Skerletz m. p. Stephanus Végh m. p.

Eredeti és másolat. A nyitrai gymnasium levéltára.

154.

**1784. július 9. Ujabb rendelet a német nyelvnek az iskolákba való behozatala, a vallási társulatok feloszlatása és egyéb tanügyi újítások iránt. A pozsonytankerületi kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Quidnam Sua Maiestas Sacratissima in continuationem eorum, quae Paternitati Vestrae sub 5. Mensis Maii a. c. relate ad nonnulla rei litterariae obiecta intimata sunt, circa introducendam cum initio proxime affuturi anni scholastici pro Juventute studiosa Divinorum normam, tradendaque post triennium germanico idiomate studia, cuius quidem germanici idiomatis usum in Hungaria communem reddere quantopere cordi sit Suae Maiestati Sacratissimae, benigna Caesareo-Regia sub 1-ma elapsi mensis Junii per me intimata resolutio uberius perhibet, nonnulla item praelectionum obiecta qualiter pertractanda, ac disciplinam studiosae Juventutis, feriasque ultra Systematis litterarii concessionem haud admittendas, atque Juvenes, in quantum ignobilis sunt conditionis, si exiguo, aut nullo cum fructu scholas adeunt, a scholis arcendos benigne resolverit, qualiterve Professoribus post plurium annorum doctionem promotiones, et respectivo remunerationes

pro incitamento clementer adpromittat, ex advoluta Intimati Exc. Consilii L. R. sub 14. Junii a. c. et N-ro 14127 emanati copia uberius patet.

Quam proinde benignam resolutionem Regiam pro procuranda accurata in omnibus punctis eiusdem observantia, et respective pro directione Paternitati Vestrae hisce intimari. In reliquo perseverando. Bozok 9-a Julii 1781. Paternitatis Vestrae Admodum Reverendae Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Copia/14127.

Excellentissime etc. Sacratissima Sua Maiestas in continuationem eorum, quae Excellentiae Vestrae intuitu nonnullorum ad rem litterariam pertinentium obiectorum ab hinc sub 26-a Aprilis anni labentis intimata fuerunt, ulteriorem suam clementissimam edere dignata est resolutionem, quae reliqua inter sequentia puncta complectitur, et quidem :

1. Cum initio anni huius scholastici abrogatis omnibus coetibus Sodalium Marianorum et Congregationum tam Vionnae, quam in omnibus aliis locis haereditariarum Provinciarum Caesareo-Regiarum Ditionis Germanicae, ubi studia vigent, pro studiosa Juventute Gymnastica relate ad divina sequens de benigno iussu Regio introducta est norma, et quidem :

a) Diebus Dominicis, et festis studiosa Juventus convocanda, et comitantibus eandem suis Professoribus ac Praefecto ad Parochialem vel aliam Ecclesiam ducenda, ubi sub inspectione eidem Juventuti Praepositorum Missae Sacrificio intererit, hocque absoluto, ad duas Salas, aut totidem amplioris extensionis scholas reducet, eaque ratione segregabitur, ut unam scholam 1-ae et 2-ae classis studiosi, alteram vero reliquae tres classes occupent.

b) Juventuti praeexposita ratione segregandae primum, et ante omnia Evangelium pro illa die in Ecclesia praescriptum per Exhortatorem Catechetam articulatum, et ad intellectum praelegetur, quam praelectionem instructio catechetica textui Evangelii accomodanda immediate excipiet, haecque instructio elicitis tribus virtutibus Theologicis, quas catecheta clara voce praeorabit, et Juventus pari ratione recitabit, terminabitur; quod vero pomeridianam devotionem concernit, hanc ut ipsa Juventus in consortio parentum Ecclesiam parochialem adeundò peragat, eidem Juventuti commendandum erit.

c) Praeattacta institutio catechetica sua serie, et absque interruptione in duabus minoribus classibus super objectis 1-mi et 2-di principalis capitis maioris catechismi ab exordio anni scholastici usque

illius exitum ea ratione prosequenda erit, ut praepriis Juventuti applicatio Religionis doctrinae, et efficacia eiusdem ob oculos ponatur; eodem modo, habita attamen maturioris intellectus reflexione in tribus altioribus classibus tria ordine posteriora catechismi principalia capita, appendix item, et introductio ad eundem tradetur, ac utrobique id accurate observandum, ne istiusmodi institutiones unquam 25 aut ad summum 30 minutorum spatium excedant.

d) Pro hac catechetica instructione duo idonei Presbyteri ex Professoribus aut extraneis (qui ordine posteriores nefors utiliores esse possent) deligendi, quorum singulo pro hac opera die Dominico et festivo inomisse navanda, titulo gratificationis annuae 6 aurei e studiorum fundo benigne applacidantur.

e) Diebus scholasticis Juventus Gymnastica sub vigilantia suorum Professorum in Ecclesia pro Gymnasio destinata, post terminatas ante-meridianas scholas Missae Sacrificium audiet.

f) Omnes reliquae devotiones, quae in Gymnasiis hactenus locum obtinebant, dehinc cessabunt, signanter autem :

Exercitia spiritualia, ad quae Juventus primis diebus hebdomadae sacrae convocatur, quorum loco die Lunae, Martis et Mercurii scholas more alias consueto frequentabit, harum autem dierum postrema pro horis pomeridianis die Mercurii alias praescripta catechismi explanatio a Professoribus ante meridiem suscipienda erit, hacque occasione Juventus ad celebrandum pro dignitate solenne festum Resurgentis Domini pressius admonebitur.

Hactenus consueta Juventutis Gymnasticae ad menstruas Confessiones, et communiones convocatio, et deductio perinde abrogatur, et cura Juventutem ad hasce essentielles Catholicae religionis obligationes explendas disponendi Parentibus, et respective sacris curionibus relinquitur; hoc tamen non obstante superius memoratis Exhortatoribus catechetis iniungendum erit, ut data opportunitate, omni tamen cum moderamine saepius, singulo autem trimestri inomisse auditores suos officii zelose, et nervosa dicendi ratione commonefaciant, ut nimirum per frequentiore et dignam Sacramentorum susceptionem peccata commissa expient, et cum Deo semet conciliare haud morentur.

Quam normam cum initio proxime affuturi anni scholastici in Regno quoque Hung. partibusque ei adnexis introduci iubet Sua Maestas Sacratissima, praelectio attamen Evangelii et Catechesis per triennium adhuc a termino affuturi anni scholastici computandum idionate latino fieri poterit.

Quo pacto suapte consequitur, omnes Congregationes, et Coetus Marianos in Regno quoque Hung. cessare debere, sed et Exhortatores

altiarum Classium per concernentes Dioecesanos (quibus iidem de benigno iussu Regio sub hodierno commendantur) adcommo-  
dandos, amplius necessarios non esse; cum nunc memoratarum classium studiosi  
quoad Divina dictamina propriae conscientiae relictis sint; alii vero  
Gymnastici Exhortatores ad rite explendum de hinc praescripta norma  
munus suum inviandi erunt, pro duabus vero classibus inferioribus  
seu unus e Professoribus, seu vero extraneus Presbyter erga annuam  
6. aureorum gratificationem ex fundo studiorum dependendam, consti-  
tuendus est.

Festivitates porro Facultatium, et Patronorum Scholarum, quae  
hucdum sumptibus non exiguis celebratae sunt, pro futuro cessabunt,  
et ad illas unice solennitates, quae pro toto corpore Universitatis prae-  
scriptae sunt, restringendae erunt. Illi autem, qui orthodoxam fidem  
haud profitentur, in plenaria religionis, cui addicti sunt, libertate, uti  
hucdum factum fuisse intellexit Sua Maiestas, ultro quoque relin-  
quentur.

2. A saltibus publicis, et spectaculis studiosa Juventus absque  
ullo Classium discrimine nequaquam arceatur; Magistratus interim  
Locales medio Commissariorum hoc fine designandorum invigilabunt, ne-  
quid occasione harum chorearum publicarum, aut ludorum scaenicorum  
agatur, quod scandalum generare, et offenculo esse possit.

3. Historiae Universalis studium ad cursum Philosophicum reiici-  
endum, et Statistica pro ordinaria cursus Juridici praelectione sub-  
stituenda est.

4. Reflexe ad priores dispositiones benigne praecipit Sua Maie-  
stas, ut cum Comitatum, Civitatum et Districtuum separatas portas  
habentium Physicis, et Geometris accuratae quoad objecta studio Histo-  
riae Naturalis subservientia correspondentiae foveantur, in qualibet  
Academia et Gymnasio eiusmodi Naturalium collectiones fiant, in qua  
ordinem systematicum redigantur, duplicata autem ab Universitate ad  
nunc dictas Academias, et Gymnasia transponantur, et de progressu  
horum de tempore in tempus relationes isthuc submittantur.

5. Professores, qui e clero sunt, post plurium annorum praecla-  
ram doctionem, accomodationem sui ad Praebendas Canonicales sperare  
possunt, saeculares vero augmento salariorum, aut aliis etiam promo-  
tionibus nonnunquam recompensabuntur; Religiosi denique, qui nullum  
e fundo litterario salarium tollunt, sed sumptibus religiosi ordinis, cui  
procuratio Gymnasiorum concredita est, intertinentur, post decennu-  
alem 25, post quindicennalem 50, post 25 annorum autem et ultra doctio-  
nem, cum publici satisfactione exantlatam 100 fl. annuam remuneratio-  
nem usque diem obitus continuandam obtinebunt.

Professoribus ad haec, si ordinarias suas praelectiones solerter peragant, integrum sit, in nonnullis accessoriis scientiis, quae publice haud traduntur, extraordinaria Collegia, erga moderatum honorarium praelegere, et hoc modo quampiam utilitatis accessionem sibi facere.

6. Cum eruditissimi quique libri, qui potissimum novissima in variis disciplinis inventa continent, linguis externis, uti germanica, gallica, italica, anglica scripti sint, ii cum primis, qui ad Professorum munia olim obeunda applicandi sunt in linguis praeattactis, potissimum autem germanica semet excolant necesse est, ipsique Professores harum linguarum ignari, ad illas quantum saltem ad intelligendos probatos auctores necesse est, condiscendas exstimulentur, et in consequendis ordinariis cathedris exterarum linguarum notitiam habentibus, ceteris paribus praelatio detur.

7. Qui stipendium accipit, et alioquin super absolutis studiis calculo 1-ae classis cum Eminentia provisus speratur, germanicae linguae aut iam gnarus sit, aut casu in opposito se obstringere teneatur, quod eidem addiscendae mox operam navare, et evoluto Semestri periculum publicum super assecuto hoc in idiomate profectu facere velit.

8. Districtim praecipit Sacratissima Sua Maiestas, ne aliae feriae, quam quae in Systemate literario admissae sunt, quocumque sub praetextu concedantur, qui defectus ex laxitate Directorum irrepsisse compertus est.

9. In certis disciplinis commuina Systemata, uti in Jure Canonico, rite observari vult Sua Maiestas, in disciplinis nihilominus magis indifferentibus aliqua Professoribus libertas dicendi, aut scribendi admittatur, iidem ad edendas suas praelectiones animentur, neque ad praescriptos scholarum libros anxie ligentur.

Cum autem ex alio Intimato ad Excellentiam Vestram sub. 18. Maii a. c. expedito eidem iam innotuerit, quantopere Suae Maiestati cordi sit, usum linguae germanicae in Regno Hung, quo fieri licet, ocius communem reddere; hinc statuit eadem Sua Maiestas.

10. Ut ex nunc pro scholis Tvivialibus linguae germanicae ignarus Ludi-Magister neutiquam amplius suscipiatur.

11. In Gymnasiis post elapsam triennium lingua latina solum mediante germanica doceatur.

12. Experientia testatum reddidit, ignobilis conditionis Juvenes causa sectandi otii scholas latinas frequentiori numero, nullo aut exiguo cum fructu adire, hacque ratione agriculturae, opificiis et quaestui necessaria, ac idonea subiecta decedere, ut proinde huic malo opportune, ac efficaciter occurratur, clementer decrevit Sua Maiestas, ut ex colonialis, seu agrestis conditionis Juvenibus infra primam classem cum



eminentia, ex civilis conditionis Juvenibus vero infra 2-am classem nullus ad scholas latinas, aut earundem prosecutionem admittatur.

Quam proinde benignam resolutionem Regiam Excellentiae Vestrae partim pro notitia et directione, partim vero eo scopo, de altissimo iussu Regio intimandum habet Consilium hoc L. R., ut ad effectum eius opportune agere et disponere velit. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali Hung. Posonii 14-a Junii 1784. celebrato.

Ad officia paratissimi Comes Christ. Nitzky. Lazarus Somsich.

Eredeti és másolat. A nyitrai gymnasium levéltára.

155.

**1784 augusztus 13. A Mária-társulatok pénzei, felszerélése és alapítványairól kimutatás és számadások kívántatnak. A pozsonytanterületi kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Siquidem Excelsum Consilium L. R. tenore Intimati sui sub 2-a labentis et Nro. 18020 emanati id disponeret, ut Exhortatores et Catechetae accuratam Suppellectilis abolitarum Marianarum Congregationum consignationem conficiant, finales rationes proximius reddant, haecque omnia ut primum Eidem Exc. Consilio per me submittantur.

Hinc Paternitati Vestrae Admodum Reverendae hisce intimandum habeo, ut Inventarium suppellectilis Marianae Congregationis studiosorum in Instituto hoc literario hactenus praeexistentis, et quarumvis ad eandem spectantium rerum per Exhortatorem, seu Catechetam, vel qui Praeses Congregationis fuit, quam accuratissime et fideliter confici curare, ac demum suo, et attacti Exhortatoris, seu Catechetae nominibus subscriptum, prout et rationes ab eo, quo post introductum benignum Systema literarium isthuc redditae non sunt, tempore inchoando, usque ultimam labentis mensis Augusti de peculio repetitae Congregationis, tam videlicet Capitalium interusuriis, quam et aliunde quotannis provenire solito introitu firmiter confectas, et per memoratum Catechetam subscriptas intra quindenam a dato perceptarum praesentium computandum mihi indubie submittere noverit, eo una ad amussim observato, ut in praedesideratis rationibus perceptio non minus, quam et erogatio in quavis positione sufficientibus fulciatur documentis et attestatis, quoad capitalia vero rementionatarum Congregationum debita subiungatur informatio, per quem et erga qualem obli-

gationem sodalitis impositam fundata sint, cui, et cum cuius annutu, ac erga quale interusurium elocata, ad quem denique inclusive diem ab eiusmodi capitalibus interusurium depensum habeatur. In reliquo persevero Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae

Posonii 13. Aug. 1784. Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

156.

1784. aug. 24. A főigazgató jelenti, hogy a kormányzéseknek Budára történt áthelyezése folytán ő is oda rendeltetett. A pozsony-tank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Ex Intimato Exc. Consilii L. R. dd. 9-ae X-bris anni ultimo elapsi 1783 per me sub 19-a eiusdem Paternitati Vestrae in copia communicato, intellexerit eadem Paternitas Vestra, qualiternam Sua Maiestas Sacratissima identidem posita regnicolarum vota exolutura clementer decernere dignata sit, ut Dicasteria Regni Posonio, ubi hactenus collocata erant, in L. Regiam Civitatem Budensem, tanquam Regni Metropolim transferantur, ibidemque suam dehinc obtineant sedem.

Quem proinde in finem velut mihi quoque, qua Exc. Camarae R. Hung. Aulicae Praesidi cum eadem Exc. Camera R. in praedictam Civitatem Budeusem aequae transponi clementissime ordinata, Budam transeundum est. Ita id ipsum Paternitati quoque Vestrae hisce intimandum esse duxi, quatenus cunctas suas ad me de hinc faciendas repraesentationes, ac eas quidem, quae calculo suo usque 20-am affuturi Mensis 7-bris Posonium pertingere possunt, isthuc Posonium, alias vero, quae usque dictam diem horsum perferri nequirent, directe Budam inviare noverit. In reliquo perseverando Posonii 24-a Aug. 1784. Paternitatis Vestrae

Servus paratissimus Comes Fr. Balassa.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

1784. oktober 2. A feloszlatott konviktusok ingatlanainak összeírása és felbecsülése ügyében. A pozsonytankerületi kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

In continuationem eorum, quae SSma Sua Maiestas circa omnes eiusmodi domos, Convictus et Academias, in quibus Juventus hucusque coniunctim degebat, atque in communi educabatur, simpliciter supprimendas, atque emensum pro talismodi Juvenum intertentione in stipendia permutandum clementer decernere dignata est, quae iam alias per omnia Districtui Posoniensi directioni meae clementer concedito ingremiata litteraria instituta per me circulariter publicata sunt, sequentia teste Exc. Consilii R. L. dato 20-ao recens transacti Mensis et Nro 22157 ad me exarato Intimato Eidem Suae Maiestati Sacratissimae resolvere visum est, videlicet:

1. Ut omnis stipendiaria Juventus relate ad stipendia ad tres dividatur classes, quarum

Prima annum obtinet stipendium . . . . .	260
Secunda . . . . .	200
Tertia partim cum . . . . .	160
partim vero . . . . .	153 fl. 9 kr.

2. Universis seu illi Regiae, seu privatorum Foundationis sint Juvenibus plena relinquatur libertas in quacunque seu Universitate, seu Academia, aut etiam schola Gymnastica non tantum in Regno hoc Hung. verum intra ambitum Caesareo-Regiarum hereditariarum Provinciarum reperibilibus, benigneque approbatis unice pro ratione maioris in eos dimanaturae utilitatis, commoditatisque semet literis impendendi etc.

Quia vero relate ad ipsa Convictuum domicilia, eisque adnexa aedificia ea esset Suae Maiestatis Sacratissimae B. resolutio, ut illa per auctionem publicam venundentur, et aes inde conflandum partim pro augendis stipendiis, partim pro augendo alumnorum numero convertatur; quo autem venditio talismodi adcurate institui possit, aestimatio eorundem praevia necessaria est.

Ideo Admodum Reverendae Paternitati Vestrae per praesentes supremo Nomine Regio committo, ut praeexistentem in loco litterarii instituti Directioni eiusdem clementer commissi, cessantis talismodi

Domum, et quaevis ad eandem pertinentia aedificia, cum concursu, et cointelligentia unius, aut duorum ex Individuis Magistratualibus Comitatus Nitriensis per Excellentissimum D. Supr. Comitem, Cottus eiusdem Moderatorem eatenus per me sub hodierno requisitum ad actum hunc exmittendis, praesente etiam P. Alexandro Czabay, Convictus eiusdem Regente, Homineque Diaecesano, sub cuius nimirum Inspectione Convictus talismodi constitutus, praevis conscribi, ac si necesse fuerit, Planum etiam talium efformari, ac demum adhibitis peritis opificibus aestimari curet, huiusmodique aestimationis seriem tam per P. Vestram A. Reverendam, quam et praenominatos Magistratuales homines subscriptam et sigillatam, una cum aedificiorum horum conscriptione, et efformando eorum ne fors plano intra quindenam mihi inomisse submittat, quo ita dein his altius repraesentatis circa instituendam praescripta Norma auctionem publicam ulteriora disponi valeant.

Cum porro Exc. Consilium R. L. in eodem praecitato sub 20-a X-bris ad me dato Intimato disponeret, ut reliqua bona, et fundi immobiles ad supprimendos Convictus adpertinentes interea, dum stabilis circa eorundem administrationem fiat provisio, similiter etiam paulo anteattactarum domorum et aedificiorum cura, donec eadem distrahi, vendique poterunt, per praeesistentes alioquin apud omnes Gymnasii Locales scholarum Directores cum concursu unius, aut duorum e Magistratu concernentis Jurisdictionis Individuorum interimiter, ergaque ducendas particulares Rationes subin pro revisione Exc. Consilio L. Regio submitteudas administrari procurentur; atque proventus exinde influentes Eidem Exc. Consilio L. Regio de tempore in tempus administrentur.

Eapropter Paternitati Vestrae A. Reverendae eodem pariter altissimo Nomine Regio committo, ut fundos quoque, et bona immobilia ad saepe repetitum Convictum Nitriensem spectantia, penes peragendam eorum modalitate supra de aestimatione domus praescripta, mihi etiam suo tempore in exemplo submitteendam conscriptionem cum hominibus Magistratualibus per praetitulatam Suam Excellentiam Supr. Comitem, ad id ordinandis de Nomine et Cognomine mihi subin referendis a praenuncupato Convictus Regente recipiat, ac una cum aedibus ad effectum praevis Exc. Consilii L. Regii dispositionis iunctim cum iisdem Magistratualibus interimiter administret. Super huiusmodi administratione adcuratas firmiterque confectas rationes de tempore in tempus Exc. Consilio Regio pro revisione praesentandas mihi submittat, proventus vero de administratis bonis, et aedibus his influentes directe ad gremialem Exc. Consilii L. Regii Cassam subministrent, mihi vero de qualiter terminato toto receptionis huius, et resiguationis

opere non minus, quam de statu etiam Capitalium, ac cuiuscunque alterius ad eundem Convictum pertinentis rei circumstantiali relationem etiam per eosdem Correcipientes, et Administratores Magistratuales subscribendam praestet Eadem Paternitas Vestra A. Reverenda, mobilibus Domus et aedificiorum et ad oeconomiam pertinentibus requisitis penes conficiendum Inventarium sub cura Paternitatis Vestrae A. Reverendae, et eiusdem correcipientium Magistratualium usque subsequuturos alios ordines intacte conservandis. In reliquo perseverando Posonii 2-a 8-b.riis 1784.

Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae Servus paratissimus.  
Comes Franciscus Balassa m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

158.

**1784. oktober 24. A felosztott nyitrai nemesi konviktus alapjainak hivatalos bevallása.**

Elenchus Literarum Convictum Nobilium Nitriensem concernentium occasione abolitionis ejusdem ab Admodum Reverendo Patre Regeunte Alexandro Czabay receptarum, et officio Generalis Vicariatus, Illustrissimo quippe Domino Comiti Joanni Révay (titt.) resignatarum.

Fasciculus Primus.

Instrumentum Literate quale?

1. a) 1749. die 2. junii.

Litterae Fundationales Friderici S. R. J. Comitis ab Harach de Florenis Rhenensibus 12000, id est duodecim mille.

1. b) 1756. 18. Octobr.

Item Ernesti Guidonis, acque ab Harach Fundationales de Florenis 480 idest quadringentis octoginta. Insimul facit Fl. 12480. Quae utraque Fundatio per Mariam Theresiam condam Reginam Hungariae approbata de anno 1756. die 22-a Novembris.

Conditiones Fundationis sunt: quatuor alumnos vestiendi et necessariis providendi, qui usque annum 1767. ita alebantur et vestiebantur.

tur, ab eo vero tempore ob imminutum interusurium nonnisi tres fundati beneficio hoc gaudebant, idque vigore fundationalium puncti tertii in verbis: „quod si vero futuris temporibus etc.

2. 1728.

Fundationales Joannis Rácsay Episcopi Prisztiniensis et quondam Canonici Nitriensis pro alendo uno e sanguine junctis e Florenis 1500 idest mille quingentis in extractu, cujus originale esse deberet penes Venerabile Capitulum Nitriense

3. 1761. 2. sept.

Extractus Testamentariae Dispositionis Dominae Mariae relictæ Motko, natae Kostyán de fl. 1000. pro alendo uno e nepotibus suis. De anno 1764. 24-a Mai huic adnectitur consensus Episcopalis.

4. 1761.

Fundatio Birovskiana de Fl. mille, quam Georgius Birovsky pro alendo uno ex cognatis fundavit, in hujus defectu interusurii ita sit partitio, ut ex eo Fl. 4. Patri Regenti Convictus, reliqui autem Collegio Scholarum Piarum cedant cum obligatione, ut inde partim lampas ante Eucharistiae Sacramentum procuretur, et tria sacra quotannis celebrentur, partim vero Munuscula pro Cateheticis pueris emanant.

5. Instrumentum Foundationis Marczibányianae, cui adnectitur Fessio Domini Laurentii Marczibányi pro tribus Convictoribus fundatis, qua de fundatione jam uberiorem habet Excelsum consilium informationem; haec fundatio a compluribus annis suum cursum non habet.

6. 1737. 3 Maii.

Actio Patris Regentis contra Nicolaum Ordody, et ejus consortem Elisabetham Rajmanus respectu debiti fundationalis fl. 1000. cui in dorso apposita desuper admonitio quoque judiciaria.

1737. 29 Maii.

Adnectuntur 1-o Recognitionales Josephi et Petri Ordódy, quibus mediantibus quoad debitum, et interusurium neglectum semet rem cum Patre Provinciali accommodaturos appromittunt. Adnectitur praeterea 2-o eorum.

1737. 29 Maii.

Recognitio Patris Regentis super persoluto rite supraacta debito florenis nempe mille, per praefatum Josephum et Petrum Ordody ea per expressum posita conditione, ut ad casum: si haec summa subsequae elocanda foret, talem Pater Regens, vel ejus in officio successores non aliis, quam his, aut aliis ex linea quondam Francisci Ordody descendentibus (stante fundi apud eos securitate) elocetur.

Fasciculus Secundus Chartabianca.

De anno	Summa Capitalis	Interesse erga	Apud quem elocatum	Restat interusurium a quo tempore?
1784 4. Maii	25000	5 p. cent.	Apud celsissimum S. R. J. Principem Antonium Grassalkovich, cum exceptione intabulationis, secus ipso facto pro renunciato declaratur.	
1879 3. sept.	1000	6. p. cent.	Apud D. Andream Litassy.	Pro anno 1783/4. scholastico partim pro termino 3-o Septemb. partim pro termino 10-a Sept. restat florenis 144, qui jam etiam judicialiter monitus est; morosus solutor.
1780 10. sept.	200	6. p. cent.	Apud eundem, adnectitur his testimonium intabulationis super utraque chartabianca de 12. septembris 1773. in comitatu Barsiensi.	
1772 8. febr.	1350	6. p. cent.	Apud Dominam Theresiam Dzsericzky, cui adnectitur Testimonium intabulationis in Comitatu Nitriensi de 11-a Martii 1782.	
1725 1. jan.	1200	6. p. cent.	Apud Civitatem Nitriensem.	
1741 13. oct.	200	6. p. cent.	Apud Emericum Kőszeghy.	

De anno	Summa Capitalis	Interesse erga	Apud quem elocatum	Restat inter usurium a quo tempore ?
1780 11. april.	1500	6. p. cent.	Apud Joannem Bücsy. Chartabianca quidem emanavit anno 1779. die 1-a novemb. est cum evictione plurium securisata.	Insimul restat fl. 80. Morosus solutor esse defertur.
1784 3. julii	450	5. p. c.	Apud Antonium Bacskády.	
1781 30. maii	1000	6. p. c.	Arendatitius contractus D. relictæ Viduae Alexandri Uzso- vics natae Evæ Gellérth.	
1781 27. jan.	—	—	Adnectuntur Literæ execu- tionales testimoniales super te- nutis in Arendam præviam sub- seque locatis.	
1779 3. sept.	1300	6. p. c.	Contractus Arendatitius apud D. Stephanum Battyányi post peractam eiusdem judicariam exe- cutionem initus.	

Fasciculus Tertius

Sub Nro	De anno	Instrumentum Literale quale ?
1-0	1739 20. april.	Chartabianca de Fl. 500. apud Franciscum Hajczer Mercatorem Nitriensem erga sex p. c. elocatis, quo in paupertatem redacto, coactus est convictus Nobilium unam vineam ab eo in Sólyom Hegy acceptare fl. 100 aestimatam, super qua exstant adnexo literæ aestima- tionales possessionis Gerencsér de anno 1747. 11. apr. Cessionales item Reverendissimi D. Joannis Baross Praefecti bonorum S. Benedicti de 14. Apr. 1747.



Sub Nro	De anno	Instrumentum Literale quale ?
2-o	1750 13. maii	Translacionales Huberthianorum de prato versus Tormos sito in Terreno Nitriensi in fl. 518. den. 80.
3-o	1734 19. febr.	Pignoratitiae Fundi Cespitalis Lubikiani cum expressa localitate, et vicinitate in fl. 100 actu in arendam unius aurei a 1. Julii a. c. apud Stephanum Váczy lanionem locati, cui in adversa facie appositum est Testimonium Civitatis super excisione fundi ejusdem cespitalis de a. 1730. die 26. septemb.
4-o	1731 21. maii	Aquisitionales fundi Horti ante portam Turcicam a Civitate Nitriensi in fl. 330.
5-o	1760 2. jul. item 1761 25. aprl.	Pignoratitiae duplices de prato infra montem Mariae sito, cujus summae investiturales una cum auctionalibus in utrisque literis specificatis exurgunt ad fl. 182. Sophiae et Barbarae Gyricska.
6-o	1767 23. maii	Aquisitiones vineae in Sólyom Hegy in florenis tribus a Michaelae Varga Incola Gerecsériensi.

Quem modo praevio per nos confectum Literalium instrumentorum Elenchum in fidem subscribimus Nitriae 24. Octobris 1784.

Nicolaus Benkő Canonicus Nitriensis qua Deputatus Sen. Capituli Nitr.

(pecsét)

Georgius Zerdahelyi Cottus Nitr. Jud.

(pecsét)

Sigismundus Blaskovics Cottus Nitr. jurassor.

(pecsét)

Samuel Hyros  
Director Loc.

(pecsét)

Alexander Czabay  
Rg.

(pecsét)

Quod supradicta litteralia Documenta mihi per R. D. Nicolaum Benkő, qua deputatum tradita sint, et ad manus meas receperim, praesentibus recognosco. Sig. Nitriae 24 oct. 1784.

Joannes Comes de Réva

(pocsét)

Másolat. A kegyes tanítórend központi levéltára Budapeston. Dr. Takáts Sándor k. r. áldozár szivességéből.

159.

1784. november 10. Conrádi Norbert rendfőnök buzdítja a rend tagjait, hogy a felsőbb rendeleteknek megfelelőleg a népiskolákban is tanítsanak.

RR. PP. et Fratres in Xto charissimi!

Non temporis solum, quo vivimus, ratio, sed instituti nostri Professio et Religio votorum ad pueros a primis litterarum elementis instituendos nos obligat, et gratulandum, quod non arbitrio jam nostro insistendum nobis sit, praeclarae in Adolescentes charitati, sed Sacratissimae Suae Majestatis sapientissima providentia Methodus ipsa definita sit, qua certius atque utilius, quod Instituto suscepimus, exequamur. Methodus ista Scholae Normalis seu Nationalis legibus continetur; de cujus laude ac felici progressionem, ut multa dicam, non est expetendum. Ipsa Augusti Principis et Procerum Regni comprobatio, exploratique in Adolescentia fructus, praestantiam eius commendant; et sane qui propius illius vim artemque cognoscit, intelliget, hoc instituto pulcherrimarum necessariarumque artium nexu ac serie Adolescentes in cogitando proficere, certisque signis in tabula expressis tamquam luminibus augeri memoriam, et perfici intellectum iis praecipue studiis, quae ab homine ad civilem societatem facto, minima etiam in Reip. parte ignorari minime debent, cum et Religionis integerrimae principia, et ea, quae in communi humano usu versantur, uberrime et expedite ostendat. Verum his mihi, ad Reverentias Vestras non utendum est argumentis, ut, quod Altissimo Imperio sapienter praecceptum est, perficiendum suadeam, votorum sanctitas unum quemque nostrum ad id adstringit, neque humile cuique videri debet Ministerium, in parvulis Xto suscipere, nec abjectum et humile fieri nos Doctrina

et Charitate parvulos; nam gloria vocationis nostrae est. Si S. Paulum non tribulatio, non mors ipsa a charitate abstrahere potuit, nos non aetas, non altiorum iam studiorum professio, non gesti, si qui inter nos sunt honores a charitate hac avertere debent, aut contemptibiles efficere parvulos, ne Christum una contemnere videamur. Si quis divinitus vero Instituti spiritu afflatus est Scholarum Piarum Religiosus, cum humilitate, charitate, et patientia praeditum esse oportet. At quo in munere virtutum harum laus luculentius effulget, quam si corona puerorum circumseptus, positis scientiis, quae inflant, eam amplectatur, quae aedificat, et teneros animos ad Dei cultum et publicam Patriae, civilemque societatem effingit. Vidit id S. Chrisost. ait enim: Quid majus? quam animis moderari, quam Adolescentium fingere mores? omnibus excellentiorem hunc duco, qui animos Juvenum fingere non ignorat. Non ignoravit S. P. Noster, qui contemptis, quos consecutus est in Ecclesia honoribus, neglectis illustris Prosapiae suae spebus, ac meritis, pauperes pueros, innocentem illam, ac frequentissimam Reip. partem ad seram usque aetatem elegit erudiendam; qua vero constantia? quibus jactatus difficultatibus? nemini nostrum ignotum est. Nos spiritus illius participes vocatio et vota ipsa efficere debent. Benignis id ipsum Sacratissimae Majestatis Decretis ultro commendatur, atque ut parvulos paterno sinu complectamur, circumstantiae Instituto salutare admonent, ut proinde neminem existimem verum tanti Patris filium, cum publica exigit necessitas, Spiritu Instituti, quem adolescentior professione aut vocatione concepit, prodito, parvulos velle contemnere; sed contra progressum aetate consolidatum in se spiritum verae humilitatis et charitatis, insigni virtutis suae et Instituti commendatione non intermissurum, ut testetur. Quod si quis alienum a se putot, foret id ab aratro jugo suavissimi Domini, otiose aut superbe respicere, et perfide obnunciare votorum Religioni, quod cum vereri haud debeam de Reverentiis Vestris, in quibus vivit spiritus disciplinae et Instituti, hortandos solum atque orandos RR. PP. et charissimos in Xto Fratres vi muneris mei et necessitatis causa suscepti, ut sepositis omnibus privatis studiis et desideriis ad normalem Methodum condiscendam, animum, quibus aetas viresque sufficiunt, inclinent, et advertant, maxime quod rei nostrae Praesidium surgente hac litterarum luce, in schola hac verae charitatis, ac spiritui Calasantino domestica sit repositum. Id ut fiat, in singula Domo nostra Libellos Nationalis Scholae lingua Germanica editos, qui Domibus praesunt, quamprimum procurare non intermittant, et cum plerisque in Domibus nonnulli sint hac docendi Methodo instituti, diebus a Superioribus Domorum determinandis, Juniores praecipue conveniant, et tradendis normalibus studiis exer-

ceantur. Si qua vero in Domo nullus foret hanc Methodum doctus, providebo, ut opportuno ad id tempore hoc in genere studii exercitatum submittam, qui paucis diebus iam in docendo versatos necessariis his principiis instituat. Haec ut Reverentiis vestris scriberem, Sacratissimae Suae Majestatis ad studia haec amplificanda benigna voluntas, atque Instituti nostri, quae inde potissimum pendet salus, et votorum nostrorum fecit obligatio, speroque omnem, quem rei nostrae amor tenet, et cui progressio et stabilitas Instituti cordi est, id omni ardore curaturum, ut se in amplissima hac charitatis schola, Benignae circa adolescentes Augusti providentiae obsequentem et fidelem Ministrum testetur. Augeat Deus in omnibus nobis spiritum hunc Doctrinae, et Adolescentibus et Instituto nostro salutarem, et quae vocatione in nobis misericorditer coepit, indesinenti hac charitate doctos a Servatore nostro humiles et mites nos esse perficiat.

Datum Pestini 10-a 9 bris 1784. P. Norbertus a Pass Domini Provincialis m. p. Ambrosius Lateczkó a So. Michaële Secretarius Provincialis m. p.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Lib. Ordinationum. Gen. Prov. Visit. etc. Collegii Nitr. Sch. P. pp. 90—91.

160.

**1784. november 22. A konviktus némely ingóságainak eladása engedélyeztetik. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Adnodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

In continuationem eorum, quae Paternitati Vestrae A. Reverendae in puncto regulationis Convictuum sub 2. praeteriti Mensis 8-bris disposueram, Eidem hisce intimandum esse duxi, ut ea, quae e rebus mobilibus Convictus Nitriensis servando servabilia non forent, et respective consumptionis expensas requirerent, uti forent equi, vinum, viridaria, comestibilia, hisque similia, quae sumptibus aut destructioni obnoxia sunt, illico praemissa eorum aestimatione Licitatione mediante plurimum offerenti divendat, observato ceteroquin eo, ut tam in aestimatione, quam et venditione eiusmodi mobilium diutius asservari nequeuntium Magistratualis Persona pro Testimonio adhibeatur. Quae in reliquo maneo Budae 22-a 9-bris 1784.

Paternitatis Vestrae A. Reverendae Servus paratissimus. Comes Franciscus Balassa m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

161.

**1784. november 29. Német hitszónokok ügyében felterjesztés kívánatik. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Cum per B. Resolutionem Regiam per me sub 9-a Julii a. c. Paternitati Vestrae intimatam cessantibus a principio ineuntis anni scholastici Coetibus et Congregationibus Marianis, id clementer praescriptum habeatur, ut diebus Dominicis et Festis Juventus tota audito Sacro Missae Sacrificio in Scholas reducatur, ibidem in duas Salas maioris amplitudinis Juventuti Evangelium pro illa die in Ecclesia praescriptum per Exhortatorem vel Catechetam idiomate Theutonico articulariter, et ad intellectum praelegatur, haecque praelectionem brevis instructio catechetica Textui Evangelii accomodata excipiat. In hunc porro finem pro catechetica hac Instructione duo idonei Presbyteri e Professoribus, aut extraneis (qui ordine posteriores utiliores ne fors esse possent) annua 6 Aureorum remuneratione providendi deligentur.

Ideo A. R. Paternitas Vestra duos idmodi idoneos viros pro peragenda hac functione deliget, et pro ratihabitatione Nomina eorum a dato percepti praesentis intra octiduum mihi submittet. Perseverando Budae 29-a 9-bris 1784.

Paternitatis Vestrae. Ad officia paratus Comes Franciscus Balassa m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

162.

**1784. deczember 23. A főigazgató a felterjesztett hitszónokokat megerősíti. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Nulla circa PP. Ladislaum Uttlacsay et Leopoldum Csiky per Paternitatem Vestram A. Reverendam in Catechetas Maio-

ris huius Gymnasii Nitriensis electos et singulis diebus dominicis, et Festivis Juventuti Gymnasticae Evangelium in sensu B. resolutionis Regiae per me Paternitati Vestrae sub 9-a Julii intimatae praelecturos, Institutionemque Catechetica ad praescriptum eiusdem B. ordinationis Regiae dictae Juventuti facturos, occurrente reflexione electionem istam per me ratihaberi, et eosdem PP. Ladislaum Utlaesay et Leopoldum Csiky pro dicto Catechetarum munere hisce denominari, quae ad remonstrationem Paternitatis Vestrae A. R. sub 8-a Mensis, et Anni ad finem vergentis mihi praestitam rescribens, in reliquo solita cum propensione persevero Budae 23-a Xbris 1784.

Paternitatis Vestrae A. Reverendae. Ad officia paratus Comes Franciscus Balassa m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium leveltára.

163.

**1784. deczember 27. A nemesi konviktus összes belső felszerelése nyilvános árverésen eladandó. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

In coninuationem priorum Paternitati Vestrae A. Reverendae intimum esse duxi, ut demptis Libris omnem internam Convictus sub cura eiusdem constituti, mobilium instructionem, tam videlicet cubiculorum, quam Culinarum, Dispensarum, Cellariorumque requisita omnia in praesentia invitandarum Magistratualium Personarum, et in quantum factum nondum esset, praemissa aestimatione in publicando pro omnium vicinorum notitia, termino licitatione publica divendenda procuret, ac tandem de tali mobilium horum distractione una cum pretii tam aestimationis, quam et divenditionis quoad singulorum specifica expressione Relationem quoad illa etiam, quae erga similem Intimationem meam sub 2-a praeteriti Mensis 9bris Paternitati Vestrae A. Reverendae factam iam hactenus divendita fuissent, illico mihi faciat; perseverando Budae 27-a Xbris 1784.

Paternitatis Vestrae A. Reverendae. Ad officia paratus Comes Franciscus Balassa m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium leveltára.

164.

1785. januar 4 A felosztott vallási társulatok vagyona további rendelkezésig az igazgató gondjaira bízatik. A pozsonytankerületi kir. főig. a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Hisce Paternitati Vestrae committitur, ut abolitae studiosorum Congregationis in Instituto Litterario Directioni eiusdem concredito antea praeexistentis rerum, et capitalium tantisper usque nempe futuros ordines curam gerere, et eadem solícite conservare noverit. Perseverando Budae 4-a Januarii 1785.

Paternitati Vestrae A. Reverendae. Ad officia paratus. Comes Franciscus Balassa m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

165.

1785. januar 15. A német nyelv ismerete a tanároktól feltétlenül megkívántatik. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Intuitu Professorum penes Scholas, et Gymnasia iam applicatorum, aut in posterum applicandorum Sua Maiestas Sacratissima hoc ordinare dignata est, ut Neo-Professores penes Scholas, Gymnasia, vel Academiae sine comparata sibi linguae germanicae Notione applicandi haud sint, qui vero in officio citra linguae germanicae Cognitionem actu iam constituti sunt, de illis post trium annorum spatium linguae germanicae notitia exigi quoque debeat.

Quam benignam Suae Maiestatis Sacratissimae resolutionem per Consilium L. R. dato 3-a Januarii 1785 Nro. 175 mihi significatam Paternitati Vestrae pro notitia et directione, finemque in eum per praesentes intimandum esse duxi, ut cunctos Instituti Litterarii directioni suae concrediti Professores de eadem edocere, eoque inviare noverit, ut qui nondum exactam idiomatis huius cognitionem possiderent, eidem discendae semet omnimode impendant, perseverando Budae 15-a Januarii 1785.

Paternitatis Vestrae. A. R. Ad officia paratus Comes Fr. Ballassa. m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

166.

1785. január 22. A helyi előjárók választását szabályzó új rendelet.  
A kegyestanítórend Főnöke a nyitrai k. r. ház főnökének.

Reverende P. Rector Ceterique RR. Patres, et Fratres in Christo Dilectissimi!

Quod Sua Majestas Sacratissima circa electionem Superiorum, et Provincialium Religiosorum Ordinum benigne statuere dignata est, mecum praesenti hoc gratioso Intimato communicavit Exc. Consilium Locumtenentiale Regium. Erit illud in futurae Provinciae nostrae et Localium Superiorum electione homagiali obsequio Nostro ad omnem apicem observandum. Cum autem ad finem Mensis Februarii immiuentis, electio perficienda sit, opportunam ad suffragia ferenda arbitror diem Sancto Mathiae sacram. Pro recepto itaque in Instituto nostro more, Sacro de Spiritu Sancto dicto, cum expositione Sanctissimi, sumtaque a ceteris, qui sacris initiati non sunt, Eucharistia, Deum O. M. precabuntur, ut ostendat, quem ad felix Domus gubernium, litteris et virtutum studio maxime excultum elegerit. Praemissoque de digniore eligendo iuramento, in aula Capitulari ad suffragia cum integritate conscientiae ferenda spiritu pacis et charitatis descendant. Neque de percepto hoc Intimato primum, tum de electione, ac suffragantium et suffragiorum numero Testimonio a duobus Patribus Senioribus subscripto certiozem reddant. Benignum vero Decretum sic habet:

Seine Majestät haben die in den unter keinen Abten stehenden Klöstern und Orden üblichen Wahlen und Ernennungen der Ordens- und Kloster-Obern in Rücksicht der damit verbundenen mehreren Nachtheile abzuändern, und statt derselben nachfolgende allgemeine Einrichtung festzusetzen sich bewogen gesehen, und zwar:

Primo.

Hat küünftighin jedes Kloster, und Convent sich seinen Prior oder respective Guardian, Rector, kurz seine unmittelbaren ersten Vorsteher selbst zu wählen.



Hiebei stehet dem Provincial lediglich zu, entweder die Wahl zu bestätigen, oder den unfähigen die Exklusivam zu geben. Die Wahl ist unter der Leitung des Subprioris Vicarii, oder wie sonst der zweyte Vorsteher des Klosters heisst, von allen Ordensprofessen mit alleiniger Ausschliessung der Layenbrüder vorzunehmen.

Der Vocis Passivæ sind aber nur jene Ordensprofessen fähig, die bereits zu Priester ausgeweiht worden, sie mögen in eben dem Convent, wo die Wahl vorgehet, oder in einem andern zu Ordensprovinz gehörigen Kloster sich befinden.

Zur Gültigkeit der Wahl werden Vota absolute maiora erfordert, wenn jedoch auch bei dem dritten Scrutinio keine vota absolute maiora sich vorfinden, ist derjenige, der im dritten Scrutinio die respective maiora für sich erhalten hat, als der neu erwählte Obere anzusehen.

Alle 3 Jahre ist eine neue Wahl anzustellen, wobei auch der alte Obere so oft bestätigt werden kann, als er für tauglich befunden wird.

#### Secundo :

Die auf diese Art erwählte Priores, Quardiani etc. haben selbst ihre Subpriores, Vicarios, oder wie sonst die zweyten Kloostervorsteher genannt werden, wie auch die übrigen minderen Klösterofficialen zu ernennen.

#### Tertio :

In den Provincial-Kapiteln, wo es in Zukunft lediglich um die Wahl eines neuen Provincial zu thun ist, haben nur, nebst dem wirklichen Provincial, die Quardiani, oder Priores, Rectores etc. kurz die ersten Oberen eines jeden einzelnen Klosters zu erscheinen, und den neuen Provincial zu wählen, oder den alten zu bestätigen. Das Provincialat hat künftig durch sechs Jahre vortzudauern. Daher sind auch nur erst nach Verlauf eines Zeitraumes von sechs Jahren die Provincial-Kapitel wieder abzuhalten; auch ist jedesmal der erwählte neue oder bestätigte alte Provincial den Herren Ordinariis, in deren Diöcesen die Ordensprovinz, ein oder das andere Kloster hat, und Ihm, Ihr als der politischen Landesstelle zur Bestätigung bekannt zu machen.

#### Quarto :

Von fernerer Beibehaltung der Definitoren und Discreten hat es gänzlich abzukommen. Und da in Zukunft

Quinto :

Die Subprios Vicarii oder einen andern Nahmen führende zweyte Klostervorsteher, und die übrigen minderen Klösterofficialen von den Prioern und Quardianen etc. ernannt werden, hat es auch von der bei jedesmaligen Provincial-Kapitel vorgenommenen Verschickung der Religiösen, aus ihren dermaligen Klosterstandorte in ein anderes ihres Ordens künftighin abzukommen, und kann der Provincial, nur alsdann, und nur in jenen Fällen einen Religiösen übersetzen, wenn es besondere wichtige Umstände erheischen.

Sexto :

Die bisher übliche auf die ganze Ordensprovinz sich erstreckende Visitationen des Provincialen sind einzustellen, und kann der Provincial nur in jenen Fällen und in jenen Klöstern die Visitation vornehmen, wenn und wo Unordnungen, oder andere wichtige Vorfälle und Umstände seine persönliche Anwesenheit, und Visitation unentbehrlich machen. Endlich

Septimo :

Hat die Wahl der Vorsteher der einzelnen Klöster, nämlich der Quardianen, Prioern etc. schon binnen der drey letzten Tagen dieses zu Ende gehenden Jahres vor sich zu gehen. Die Provincial-Kapitel aber, sind wegen der von den Klosterobern zu machenden Reise erst im Monat May des nächstkommenden Jahres abzuhalten.

Diese allerhöchste Entschliessung hat, dass sie alsogleich, und zwar, da der Termin der neuen Wahl der Prioern, Quardianen etc. schon nahe ist, und zur Vermeidung vieler Schreiberey per Circulare allgemein zur genauen Befolgung bekannt zu machen. Wien den 30-ten November 1784.

Circulare an sämtliche Länderstellen.

Paternitati proinde Vestrae hisce de altissimo Jussu Regio committit, ut praecallatam benignam Ordinationem Regiam quam exactissime observet, ita quidem, ut cum praefixus pro attacta electione relate ad claustrales Superiores in Ditionibus Germanicis terminus iam effluxerit, accepta praesenti Intimatione effectuationi Benignae illius Ordinationis Regiae, manum indilate imponere, remque eo inomisse agere non intermittat, quo electiones Domesticorum Superiorum usque finem affuturi Mensis Februarii terminet, et de iis terminatis, factaque huius Benignae ordinationis publicatione, recognitiones Conventuum, horsum

submittat. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali Hungarico Budae die 10-a Januarii Anno 1785. celebrato.

Comes Christophorus Nitzky m. p. Franciscus Skerletz m. p. Josephus Zichy m. p.

Testor cum autographo suo praesentem copiam consentire excepto quod §. 3. l. 3. ante vocem Priores etc. Vox: *respective* omissa sit. Posenii 1785. die 15 Januarii. P. Emericus Perczel a Jesu Maria e S. P. Th. Doctor et in Univers. Hung. Theol. Dog. Professor m. p. Idem testor P. Jacobus Peer a S-o Calasancio Phiae Doctor et Historiarum in Academia Poseniensi Professor, ad hunc actum revisor, et collator. m. p.

Benignum hoc Suae Majestatis Sacratissimae Decretum, et Consilii Exc. Locumtenentialis Regii Intimatum, cum originali collatum, in Archivo Domus pro norma futurorum temporum omni integritate servandum: Testimonium vero de percepto hoc Decreto Regio, et ut dein de felici eorum, qui spiritu Dei reguntur, et praesesse cum dignitate possint, electione, ocyus mihi Pestinum erit transmittendum. Dabam in Sto Georgio die 22-a Januarii 1785.

Norbertus a Passione Domini Provincialis m. p.

Ambrosius Latzkó a Sto Michaële Secretarius Provincialis m. p.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Lib. Ordinationes Regiae etc. pp. 64—67.

167.

1785. febr. 14. A tandij behozatala ügyében. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Siquidem Sua Majestas Sacratissima eo intendit, ut numerus discipulorum ex scholis Normalibus ad latinas transeuntium diminuatur, tum vero, ut egenis, et fortunae mediis destitutis communis fundus stipendiorum procuretur, ideo circa solvendas pro Institutione studiosae Juventutis Taxas sequentia resolvere dignata est altefata Sua Majestas Sacratissima.

Ut per frequentantem Juventutem annua persolvenda Taxa in Gymnasiis 6 fl. in Studiis Philosophicis 9 fl. in Juridicis item et Medicis 15 flnos efficiat.

Jam, cum studiosa Juventus singulo Anno 10 Mensibus instrui debeat, praescripta Taxa in 10 quoque ratis menstruis dependenda erit; tali ratione studiosi singillative in Gymnasiis 36 xr. in Philoso-

phicis disciplinis 54 xr. in Juridicis item et Medicis 1 fl. 30 xr. cum initio singuli Mensis deponere debebunt, intellecto eo, quod si aliquod Individuum morbo vel alio impedimento per integrum mensem praelectionibus interesse non possit, a tali praescripta Taxa exigere haud debeat, et ideo annua solutio ad menstruas ratas reducitur.

Has Institutionis Taxas percipiunt et incassabunt sub onere reddendarum rationum penes Universitatem illi, qui pro huius necessitatibus aes e generali cassa de tempore in tempus assignari solum sub sua cura habent, penes Academias Actuarii Consessuum literariorum et penes Gymnasia Locales scholarum Directores et Praefecti etc. Perseverando Budae 14 Febr. 1785.

Paternitatis A. R. Reverendae. Ad Officia paratus Comes Franciscus Balassa m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

168.

**1785. márczius 5. Az új választási rend értelmében megválasztott első házfőnököt a rendfőnök megerősíti. A kegyestanítórend Főnöke a nyitrai k. r. ház főnökének.**

Norbertus Conradi a Passione Domini Clericorum Reg. Pauper. M. Dei. Schol. Praepositus in Hung. et Transilv. Provincialis. Tibi Patri Eduardo Bulla a S-a Theresia in Religione nostra Sacerdoti Professo.

Salutem in Domino, qui est vera Salus!

Benigno Sacratissimae Suae Majestatis Decreto, suscepta in Domo nostra Nitriensi die 24 Februarii Rectoris illius Collegii electione, cum intelligam ex Actis omnium Vocem habentium subscriptione firmatis, Te ab electoribus numero Decem, in Scrutinio primo, absolute majoribus Suffragiis numero sex, in Rectorem electum esse, potestate mihi ab atefata Sacratissima Sua Majestate facta, de Tua fide, et sanctae observantiae zelo plurimum confisus, ratam eam electionem habeo, et confirmo; Teque illius Domus gubernio, ut legitime electum praeficio, injungentes Tibi ad sanctae obedientiae meritum, ut huiusmodi munus humiliter in Domino suscipias, et qua possis Vigilantia, Prudentia, Charitate, Studio disciplinae, et Observantia Benignorum Regiorum Decretorum expleas. Praecipio itaque omnibus et singulis Religiosis nostris in ea Domo commorantibus sub ejusdem Obedientiae merito, ut Tibi, quem Spiritu Domini excitante elegerunt, omni reverentia pa-

reant, qua unanimes opus Dei in Instituto nostro ad animarum salutem ac proximorum utilitatem Votorum Religione susceptum perficientes, ab ipso aeternae gloriae praemium sperare possitis In quorum fidem praesentibus hisee Nostro Sigillo munitis subscripsimus. Datum Pestini in aedibus Nostris Scholar. Piar. die 5-a Martii 1785.

Norbertus Conradi a Passione Domini Provincialis m. p.

Ambrosius Latezkó a S-o Michaële Secretarius Provincialis m. p.

L. S.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Lib. Ord. Gen. Prov. Visit. etc. Collegii Nitr. Schol. P. p. 337.

169.

**1785. april. 12. A felozlatott konviktus pecsétjének beküldése ügyében. A pozsonytanker. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

Nachdem mittels einer hochlöbl. k. hung. Statthalt. denen Regenten der aufgehobenen Convicten anbefohlen worden, dass sie die Petschafter der unter Ihrer Leitung vormals gestandenen Stiftungshäuser an die obbelobte k. Statthalt. einsenden sollen, als hat sich der P. Alexander Czabay Regent des aufgehobenen Neutrer Convicts dahin geäußert, er habe das Petschaft dieses Convicts bei seiner Abreise von Neutra Ew. Ehrwürden eingehändiget. Es wird dahero Ihm P. Director hiemit aufgetragen, das anverlangte Neutrer Convicts Petschaft nächstens einzusenden. Ofen den 12-ten April 1785.

Dienstwilliger Graf Franz Balassa m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

170.

**1785. julius 29. A horvátországi bánná kinevezett főigazgató bucsuzik a tankerülettől, és jelenti, hogy az új főigazgató kinevezéseig Fleischhacker János, a pozsonyi kir. akademia jogi fakultásának seniora bizatott meg a főig. helyettességgel. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak. Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.**

1785. október 4. A Birovsky-féle konviktusi alapítvány beszoigálatása ügyében. A m. kir. Helytartótanács a nyitrai k. r. ház főnökének.

Admodum Reverende in Xto Pater!

Quoad Birovskianam Foundationem non est quaestio de Literis Fundationalibus, quas emeritus Convictus Nitriensis Regens clare indigitavit, et etiam medio tempore in Copia submisit. Sed desiderantur Obligatoria Birovskiana super 1000 fl. pro subsistentia unius adolescentis fundatis: quae cum saepius jam absque effectu petita fuerint, Regium hoc L. Consilium Paternitati Vestrae serio committendum duxit, ut non tantum memoratum Fundationale Capitale seu in securis obligatorialibus, seu in parata deponi, sed etiam restantia hucusque 5 pro Centum Interusura a 1-a 9bris 1784. ad hujus Fundationale officium Cassae, non expectata ulteriori monitione dependi procuret. Datum ex Consilio Regio Lli. Hungarico Budae die 4-ta Octobris 1785. celebrato.

Másolat. Protoc. Collegii Nitriensis Sch. P. I. p. 2.

1785. október 25 A tankerületek száma 5-re szállittatik le, az új főigazgató kinevezése jeleztetik. A pozsonytankerületi kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director mihi observandissime!

In consequentiam emanati Intimati sub 26 aprilis 1784. N-ro 7307 A. R. P. Vestrae de gratiosa Exc. Cons. Locumtenentialis Regii Dispositione hisce notum facio: Suam Maiestatem Sacratissimam novem antehac literariis Districtibus ad quinque reductis, et quidem in sup. Stud. Directorem L. Districtus Poseniensis Illustrissimum D. Bar. Gab. Prónay etc. clementer denominavisse.

Nova haec Districtuum repartitio, quos quivis Districtus Cottus comprehendat, iam initio Citato Exc. Cons. L. Regii, et anno elapso dimisso Intimato uberius perhibetur. Quae dum pro publica omnium

notitia officio promulgarem, peculiari cum amicitiae studio persevero.  
Posonii die 25-a 8bris 1785.

A. R. P. Vestrae, Servus obligatissimus Joan. Fleischhacker.

NB. Donec Sua Illustritas rescribere dignabitur, placeat A. R. P. Vestrae ad me suas in ocurrentibus negotiis dirigere.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

173.

**1785. november 2. Az egyházi alapítványoknak és a társulatok pénzeinek a kincstárba leendő beszállítása iránt. A m. kir. Helytartótanács a nyitrai káptalani Helynöknek.**

Copia 28398/33328.

Illustrissime ac Reverendissime Domine Comes!

Inalterabilis est Altissima Voluntas Majestatis Suae Sacratissimae, ut dehinc universae Ecclesiarum Fundationales et Confraternitatum pecuniae indiscriminatim fundo publico inferantur.

Quantum nihilominus apud Privatos elocata idgenus capitalia attinget, haec in talia, quae apud Dominia, et Superioritates elocata existunt; et talia, quae fundis colonialibus inhaerent, dispescuntur.

Prioribus igitur pro deputatione talismodi Capitalis, si illud medietatem valoris Hypothecae adaquet, quinque annorum; posterioribus vero utpote subditis, decem annorum inducias, et solutionem stipulati Interusurii a proportione taliter imminuti Capitalis ea ratione concedere dignata est Sua Majestas Sacratissima, ut Superioritates quidem ab eo 20 pro centum, subditi vero 10 pro centum annue repersolvendos habeant, quae repersolutionis modalitas iis quoque elementer applacidatur, qui amodo in posterum Bona, Realitatesque Fundationum aut Monasteriorum licitando sibi appropriaverint; liberum attemen erit talibus emptoribus, non secus ac memoratis Debitoribus ejusmodi Capitalia in majoribus summis, ac arctioribus etiam terminis restituere; verum e converso universi hi Debitores una ad exacte observandas iisdem applacidas 5 et 10 annorum repersolutionis ratas ita obstringuntur, ut si concessas sibi inducias observare negligerent, nulla habita reflexione legali contra eosdem executione procedatur.

Quam altissimam resolutionem Regiam Praeattactae Dominationi Vestrae pro debita observantia ea cum declaratione de Benigno jussu

Regio intimandam habet Consilium hoc Locumtenentiale Regium, quod ubiores favores emptoribus similium Ecclesiasticarum, et Fundationum Realitatum concedendi nonnisi de futuris intelligendi, sequaciter nulla ratione ad antiquos emptores extendendi veniant.

Hinc Praeattactae Dominationi Vestrae praesentibus insuper imponi, ut super universis Ecclesiarum Fundationalibus, et Confraternitatum pecuniis, quae in isthae Dioecesi Nitriensi penes quamcunque Ecclesiam, sive illa Cathedralis, sive Parochialis, aut ad qualiacunque Religiosorum, vel Monialium Monasteria pertinens sit, cum Nomine et Cognomine Debitoris, et expressione Status, et Conditionis, locique ubi habitat, Debiti item, et temporis, quo is illud depurare voluerit, Tabellam accuratam conficere, et haec intra spatium sex hebdomadarum isthuc submittere, Debitoribus vero in conformitate altissimae hujus resolutionis Regiae idgenus Ecclesiarum Fundationales, et Confraternitatum Pecunias illico edicere, et renunciare noverit, ut accepta eatenus requisita relatione necessaria apud hujus Generale Cassae Officium, et concernentes Camerales Cassas subinde disponi possint. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali Hungarico die 2-a 9bris 1785. celebrato.

Ad officia paratissimi  
Alexander Szécsényi  
Antonius Holzmann.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Lib. Ordinationes Regiae etc. pp. 73—74.

174.

1786. január 25. A felosztatott Mária-társulat készpénze, alapítványai és felszerelése ügyében. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Director mihi colendissime.

Ut gratioſis Exc. Cons. Dispositionibus etc. satisfiat, sequentia pro sui Directione A. R. P. Vestrae significanda habeo.

3. Sublatarum Marianarum Congregationum parata pecunia proximo Tricesimae, vel Salis Officio resignanda est; elocata earum Capitalia edicenda, et ad vicinas Camerales Cassas inferenda sunt: Fundationales Litterae elocatorum Capitalium in Autographo isthuc submittendae sunt; et denique de eo etiam informandum, ad qualemnam Ca-



meralem Cassam pecuniae ejusmodi commodissime deponi possent, fine, catenus apud Exc. Cons. effectuandorum effectuationis. Omnibus his punctis Admodum Reverenda Paternitas Vestra exacte se conformare, et absque procrastinatione circumstantiale responsum horsum submittere non negliget.

Quoad resignationem autem praecipientium et secundum Inventaria Exc. Consilio submissa specificatarum suppelectilium habebit se Sua Illustritas in conformitate gratiosae Dispositionis cum concernenti Camerali Administratione cointelligenter.

Admodum Reverendae Paternitatis Vestrae.

Posonii die 25 Januar. 1786. Servus obligatissimus. Joan. Nep. Fleischhaker qua Pro-Director m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

175.

1786. februar 18. A Mária-társulat szokásainak beszüntetése, a vizsgálati tételek elhagyása szigoruan elrendeltetik. A társulati felszerelés a nyitrai kamarai hivatalnak adandó át. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Wohlehrwürdiger Pater Local Director.

Zufolge der hohen Befehle etc. liegt es mir auf in Abwesenheit Sr. freyherrl. Gnaden H. Oberstudien-Directors Ew. Wohlerwürden zur genauen Befolgung folgendes bekannt zu machen.

1. b) Weil man aus gewissen Ausdrücken der benannten Berichte leicht vermuthen könnte, als wenn die allerhöchste Verordnung, mittelst welcher die Marianischen Congregationen, und die Abforderung der Beichtzettel von der studierenden Jugend aufgehoben worden, nicht beobachtet werde, so wird dringend befohlen, dass gedachte allerhöchste Verordnung überall aufs genauerste in Acht genommen werde.

2. Der hohe Befehl v. 18. Febr. 1779. Nr. 797. wo der Abdruck der Prüfungssätze, und die Haltung der so genannten Tentaminum eingestellt worden, würde auch letzten Semester nicht ganz beobachtet, deswegen wird er jetzo zur genauersten Vollstreckung wiederholt. Euer Wohlerwürden werden sich also bey der bevorstehenden Prüfung auf das pünktlichste nach selbigen zu verhalten haben, und dergleichen Abdrücke von den Prüfungssätzen, und Tentaminum schlechterdings nicht erlauben, um desto mehr, dass die studierende Jugend nicht

mehr aus einigen gewählten Sätzen, sondern aus der ganzen Materie, welche während dem Semestral-Kurse vorgetragen worden ist, sich der Prüfung unterziehen muss. Ausser diesem hab ich zum 3-ten Punkte des unter 25 Jänner d. J. von hieher erlassenen Circular-Schreibens nachzutragen das, was die K. Administration zu Neutra in Ansehung der von den aufgehobenen Marianischen Bruderschaften zurückgebliebenen Geräthschaften zufolge eines hohen Befehls veranstaltet hat. Diesem nach werden Ew. Wohlerwürden mit dem Kam. Präfekt in Loco Paul Vietoris sich ins nöthige Einverständniss setzen, und daselbst die vorhandenen benannten Geräthschaften übergeben. Ich bin mit schuldigster Achtung Ew. Wohlerwürden Pressburg den 18 Febr. 1786.

Dienstschuldigster Diener. Johann von Fleischhacker als Pro-Director. m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

176.

1786. april 8. A m. kir. Helytartótanács megengedi, hogy a collegium szántóföldjei és szőlői eladassanak.

Ex rationibus et motivis per Paternitatem Vestram sub 15 Febr. a. c. horsum repraesentatis praesentibus admittitur, ut Nitriensis Collegii Vineae et Agri velut non multum fructificantes praescripta modalitate in praesentia hominis Dioecesani distrahi possint, ita tamen, ut percipiendum ex distractis praeattactis Vineis, et agris pretium ad exigentiam Benignarum Normalium Dispositionum Regiarum fundo publico inferantur, adeoque ad hujus Generale Officium Solutorium administraretur. Datum ex Consilio R. L. II. Budae die 8. Aprilis 1786. celebrato.

Ad officia parati

C. Christ. Niczky m. p.

Josephus Majlath m. p.

Anno Domini 1791. die 30 Julii venit Trenchinio in hanc Domum nostram Nitriensem Scholarum Piarum post horam undecimam matutinam Adm. R. P. Praepositus per Hungariam et Transilvaniam Provincialis Emericus Perczel a Iesu Maria cum R. P. Paulino Lihan a Nat. B. V. M. canonicam visitationem peracturus. In quem finem post orationem, quae coenae communi praemitti solet, consueta in Instituto nostro formula inchoativa canonica visitatio praesenti religiosae communitati enunciatur. Consequente vero die, quae erat 31 Julii hora matutina octava pro felici visitationis successu Sacrum de Spiritu S. celebratum praesente religiosa communitate. Post terminatum sacrificium revisa Bibliotheca, Dispensae, Alodium, granarium, conservatoria, stabula. A meridie honoris causa Illmus Dominus Praepositus et Reverendissimi Domini Canonici visitati. Prima Augusti visitatae Scholae Secunda, Prima Humanitatis et tertiae Grammaticae. Hora decima pro defunctis in hac domo praesente religiosa communitate Missae Sacrificium oblatum. Post hoc absolutio ritu praescripto peracta. Visitatum SSimum Eucharistiae sacramentum. Visa Sacra Supellex, Archivum ac foruli ad nostrorum deposita conservanda scite accomodati. A meridie visitatae scholae Secundae, Primae Grammaticae et Praeparandorum: revisa curia Paroczensis. Secunda Augusti hora matutina octava de progressu Theologiae Studentium tentamen factum. Eminentissimus Cardinalis Migazzy forte adveniens salutatus. Libri ad Archivum pertinentes revideri coepti; inchoata personalis visitatio. Visae a meridie vineae Zoboriensis et Solyomhegyiensis. Die tertia Augusti mane revisa Sylvula ad curiam pertinens, et ager illi conpunctus, continuata revisio librorum et visitatio personalis. Libri ad Archivum pertinentes subscripti, collecta acta visitationis canonicae. Omnibus etiam aliis (ut tempus ferebat) ad mentem sanctionum Apostolicarum et constitutionum nostrarum exactis, sequentia puncta sunt constituta:

1-mum. Professorium quantum ad Pietatis, doctrinae disciplinaeque Calasancianae incrementum conferat, nemo qui sanctiones Apostolicas, nostras Constitutiones, et res in Provinciis Ordinis nostri actas noverit, ignorat. Efficiet hoc Deo auxiliante R. Patris Rectoris et As-

sistentis dexteritas, Providentia atque in Institutum amor, ut ea, quae ad suscitandum Professorium pertinent, si cursu non potuerint, saltem lento progressu parentur.

2-dum. Optandum est, ut Iuventuti scholasticae (coronae et gloriae nostrae) majora in dies ad frequentandam Calasanctianam Pietatem Praesidia ministrentur; sed necdum plene id, quod publica Auctoritate firmandum speramus, remotis nubibus, eluxit. Quamobrem sacrificia cantanda singulis diebus festis praesente scholastica Iuventute, ubi bona intentione coepta sunt, continuentur. A prima autem Novembris, id, quod adjuncta temporis rerumque postulaverint, constituetur.

3-ium. Propter nonnullorum in Provincia querelas sit liber singularis, in quo inscribant singuli manu propria, quae a Superiore ex re vestiaria, et aliis rebus necessariis, per totius anni decursum acceperint:

Quibus ita actis ac constitutis facta a censuris, si quis illis irritus esset, absolute, impertitaque Paterna benedictione, die 5 Augusti, ann. ut supra, visitatio canonica est finita.

Emericus Perczel a

Jesu Maria Prov. m. p.

Paulinus Lihan a Nate B. V. M.

Ass. Prov. et Secret. m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára. Lib. Ord. Gen. et Prov. etc. pp. 177—178.

214.

1791 decz. 4. A nyitrai kollegium rektora magának p. Hunyadynak megváltoztatott és szóbelileg kifejezett szándékából kimutatja, hogy ezen kollegiumot nem terheli a nyomdának felállítása. Protoc. Coll. Nitr. pp. 64—67.

215.

1792 febr. 10. Rendelet a nemzeti nyelvnek a gymnasiumokba való behozatala iránt. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director!

Qualenam, quove in Negotio Bgno gratiosum Intimatum dd. 7. Jan. a. c. N-o 99 editum, ac per meduntaxat Die 9 Mensis et a. c.

humillime perceptum, ad hanc Regiam Studiorum Directionem perlatum sit, ex ejus gratiosis Tenoribus Ptlata P. Vra intelliget, qui sequentes assent :

Suam SSmam Caeam, et Ream Aplicam Mattem in consequentiam Bgnae Resoluonis Suae Regiae dd. 26. April. anni sup. 1791. sub N-o 5478. emanatae, ac sub 27 Maji ejusdem anni et N-o 9414 ab Exc. Consilio L. R. abhinc vero sub 16 Junii a. pr. circulariter publicatae, contextu cujus sincerissimum suum et paternum erga Nationem Hungaram amorem, luculenter, et bgne contestari dignata est, Linguae et Literaturae Hungaricae Professoribus ad praeexistentes quinque Academias jam nuperrime clementer nominatis, relate ad cathedras Linguae Literaturaeque hujus Hungaricae in Gymnasiis quoque Regni, et adnexarum Provinciarum erigendas sequentia clementer resolvisse :

1. Cum aliqua Gymnasiorum (quae in Provinciis Regni hujus universim 51 sunt, et e quibus 30 a vario hominum genere administrantur, et e Fundo publico sustentantur, alia vero 21 ab Ordine Religioso Piarum Scholarum docentur, et curantur) iis in Locis posita sint, in quibus Lingua hgrica est publica, popularis, et nativa, et ideo Iuventus Scholastica spectata Urbis indole et circumsitae Regionis constitutione ita comparata, ut Idioma Patrium, aut jam tota calleat, aut certe, si qui forte aliquando adessent, sermonis Hungarici expertes adolescentuli illum condiscere possint, et debeant, ex sola Urbis et Scholae consuetudine, usuque Magistro in Locis his in hic sub adjacente Consignatione denotatis Cathedrae Linguae Hgricae alioquin communis et vulgo notae erigendi, et Magistri pro ea docenda stipendiati constituendi necessitatem non esse.

2. Cum Ordinarii Gymnasiorum Professores quotidianis laboribus et plurium scholarum scholis (!) sic occupentur, et fatigentur, ut extraordinariis Linguae hgricae Institutionibus plene satisfacere non possint, ad Linguam hanc Patriam majori cum Incremento propagandam, et certum ac stabile Professorum Gymnasialium Seminarium constituendum, Magistros Linguae hujus ab aliis bonarum Artium Professoribus distinctos deligendos fore.

3. Pro Gymnasiis V. Ecclesiensi, et Magnovaradiensi juxta Sensum et Intellectum pcedentis Puncti primi Professoris Linguae hungaricae necessitate haud pexistente, pro Gymnasiis Poseniensi, Cassoviensi et Zagrabiensi, quae in Locis Academicarum existunt, ideinque Corpus cum illis constituunt, Magistros tamdiu haud constituendos venire, donec ipsa Praelectionum Synopsis tam pro Academicis, quam etiam Gymnasiis, quae Actu sub Incude est, defixa fuerit, ac proinde ad Gymnasia Rea Budense, Cremnicense, Eszékense, Jaurinense, Leutscho-

viense, Neoplantense, Neosoliense, Poseganum, Rosnaviense, Solnense, Soproniense, Tyrnaviense, Unghvariense et Varasdinense Professoribus Linguae Hungaricae jam nominatis, pro Fluminensi vero, ubidum aptum Individuum repertum fuerit, constituendo.

4. Gymnasia Piaristarum etiam, quoad eruditionem Linguae Patriae Piaristis relinqui: adeoque ad N-o 10 Gymnasia eorundem, videlicet: Cibiniense, Nitriense, Pestiense, Podolinense, Prividiense, Rosembergense, Schemniciense, Szigethiense, Temesvariense et Trencsiniense pro remuneratione extraordinarii hujus laboris singillativos 100 fl. annuos ex Aerario Literali deputari.

Quia vero constat, Piaristas, et numero esse pauciores, quam ut singulis istis Linguae Patriae cathedris singulos Professores dare, et facultatibus debiliores, quam ut in enumeratis Gymnasiis plures una Persona sustentare possint: ideo Regulam illam pro Gymnasiis Regiis praecedenti Puncto secundo statutam, ut nimirum Lingua Hungarica proprium et distinctum ab aliis Professorem habeat, Locum apud Piaristas neutiquam invenire, satis proinde fore, si Professorum aliquis hoc etiam munus in se suscipiat, et pro remuneratione praespecificatorum 100 fl. diligenter faciat, dandam tamen per Localem Gymnasii Directorem operam, ut illi potius e religioso Collegio, si fieri potest, ad hoc officium assumantur, qui ordinarii Gymnasiorum Professores non sunt, spes enim est, ut tales liberali isto 100 fl. praemio adliciantur, et suscepto munere noviter fungantur.

5. Stipendia Magistrorum, qui ad Cathedras Linguae Hungaricae in Gymnasiis erigendas, veluti honorificas, meliori etiam conditione geniti, scientiis scholasticis imbuti, rei que Literariae profuturi accomodandi sunt, donec in futuris Regni Comitibus, certa perennisque Mensura Regia Autoritate definiatur, in 350 flnis annuis defigi, cathedrasque has, tamquam gradus ad Gymnasia, et Magistros Hungaricos, tamquam Seminarium Professorum Gymnasialium considerari, ac proinde ad Hungaricas Gymnasiorum Cathedras illos duntaxat venire posse, qui praeter excellentem Linguae Hungaricae Notitiam alias etiam Linguas Instrumentales, et scientias possident, studiaque sua Philosophica bono cum Profectu se absolvisse demonstrant. Gymnasia quippe, ad quae Magistri Linguae Hungaricae tanquam supplementa jam modo destinantur, non Paedagogos qualescunque, sed Doctores et Professores eruditos desiderare, qui omnia illa, quae sunt in Gymnasiis, Studiorum Argumenta, uti Historiam, Geographiam, Auctores Classicos, Artesque Liberales, ac humaniores cum Fundamento et Ratiocinio, rectaque Methodo docere noverint, et ultro quoque ad altiores etiam Cathedras ac stipendia opulentiora gradus facere possint.

6. Cum in Locis Gymnasiorum non una eademque sit Lingua popularis et vernacula, cujus ope tanquam Instrumento communicari, docerique debet Grammatica Idiomatis Hungarici, ideo quemadmodum nunc, ita et in futurum in delectu candidatorum animadvertendum fore, ut illi, qui proponuntur, Linguam Regionis et Populi ita noverint, ut subsidio, vehiculoque illius elementa Linguae Hungaricae, adolescentibus solius vernaculae gnaris tradere possint. Regulam proinde hoc in passu iuxta hic adjacentem sub .//. Tabellam sequendam venire.

7. Professorum Linguae Hungaricae munus extraordinarium futurum, in Gymnasiis supplere Latinum, graviore morbo impeditum, aut mortuum, et hoc etiam pacto semet ad altiores Cathedras habilitare. Cura autem Localis Directoris cavendum esse, ne quis Professorum Latinorum possit abuti eorum opera. et tunc etiam supplementem postulare, cum necesse non est. Si tamen aliquando oporteat onus suppletionis trahere, per plures Menses, observandum fore illam Proportionem et Normam, quae hactenus valuit, et tantum Praemii e fundo Studiorum tribuendum Supplenti, quantum Tempori suppletionis, spectato dimidio illius Professoris, qui suppletur, salario, congruit.

8. Stabilito igitur illo Professorum gymnasialium Seminario, quod est in praescriptis Linguae Hungaricae Cathedris, necessarium haud esse, ut omnes octo repetentes Humaniorum et Supplentes Professorum sustententur, qui hactenus in Archi-Gymnasiis, annuo 200 fl. stipendio dotati erant: sicque duo ex illis conserventur in Archi-Gymnasio Quinqueecclesiensi et Magnovaradiensi, ubi cathedram Linguae Hungaricae necessariam non esse, jam supra attactum est; aliis ad alia munia promotis, et nomen et stipendium sex repetentium sine discrimine desinere posse, etiamsi aliquando numerus Gymnasiorum et scholarum Latinarum augeatur, meliora Professorum Supplementa et certiora propagandae Linguae Patriae subsidia polliceri, dareque posse cathedras Hungaricas modo Personis idoneis istructas. Demum.

9. Praeter praemissa principia illam etiam in Delectu Candidatorum rationem habendam esse, ut tales proponantur, qui jam antea non tam officii alicujus obtinendi causa, quam ex genio, amoreque studiorum sese ad rem scholasticam contulerunt, vel certe in docenda Lingua Hungarica praxim et commendationem sibi compararunt.

Praemissis itaque Clementissimae hujus Resolutionis et Ordinationis Regiae novem Punctis, huic Regiae Studiorum Directioni pro congrua ejusdem notitia, ac Directione observandorumque observatione gratiose intimatis, ac per haec non sine magno Labore cum Ptitla quoque P. Vra officiose comunicatis, Exc. Consilium L. R. id quoque gratiose significare, dignabatur in hocce Literario Distictu Poseniensi

Linguae et Literaturae Hungaricae Cathedras in Gymnasiis Regiis : Budae, Cremnicii, Neosolii, Solnae, Tyrnaviae ; apud Patres autem Piaristas : Nitriae, Pestini, Rosembergae, Schemnicii, et Treuchinii, erigendas esse.

Cum autem gratiose, pciperetur (ut superius Puncto 4.º dictum) ut, si fieri potest, proprius et distinctus ab aliis Linguae Hungaricae Professor constituatur, Ptltac P. Vrae in conformitate ejusdem Graosi Intimati summpere commendo, et Eandem officiose requiro, ut e V. Collegio et e gremio AA. RR. Patrum unus Dotibus requisitis instructus pro hac Lingua tradenda quantocyus proponatur, quem ita propositum constituere et quamprimum inducere possim, Diemque aditi muneris, prout et Nomen ejusdem constituti Professoris Exc. Consilio L. R. humillime significare, ac una ita jam denominato et constituto plenam Instructionem tam de Tempore, quo Praelectiones hae faciendae, quam et Methodo, qua illae tradendae sunt, extradare valeam. Caeterum etc.

Queis me commendans cum Aestimatione maneo :

Ptltac P. Vrae. Posonii Die 10 Februarii 1792.

Servus obligatissimus  
Joannes Fleischhacker  
qua Pro-Director. m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

216.

1792. febr. 18. A pozsonytank. kir. főigazgató kinevezi Laczkó Amb-  
rót a nyitrai gymnasiumhoz a magyar nyelv és irodalom tanárául,  
és utasításokat ad.

Admodum Rnde Pater Localis Director !

Ceteros inter Candidatos A. R. Patrem Ambrosium Laczkó ad Linguam et Literaturam hungaricam necessariis Dotibus instructum, et per Ptlatam P. Vestram mihi propositum, quin denominarem eundem, obstaret nihil, si de eo quoque certior redditus fuisset, utrum modernum ejus Vice-Rectoratus Officium cum novo suscipiendo Munere conciliari possit. Quod si de hoc Ptllata P. Vestra publico caveret, accedo ad vota denominati A. R. P. Ambrosii Laczkó, tantoque magis accedo, quo pcipitur in eodem transmissio Bgno Grat. Mandato, ut distinctus, si fieri potest, vir ad hocm unus eligatur. Hunc proinde sub

pmissa conditione Pttlata P. Vestra ad scholas inducat, ea cum Instructione eidem danda, ut ideam singulis scholarum Diebus quinquies per hebdomadam spatio unius Horae Collegia facere obligetur. Hora potest seligi quaecunque, dummodo pro Circumstantiis Loci et profectu discipulorum sit opportuna. Quod Methodum tradendi attinet: usque subsequendam universalem ordinaonem et uniformem pscibendam Regulam, neo-denominatus Linguae et Literaturae hungaricae Professor illam sibi deligere potest, quae tam pro Incipientibus, quam Proficientibus aptissima judicabitur, ut in utramque hanc Classsem derivetur Utilitas; strictissime enim pcipitur, ut singularis Vigilantia et Opera adhibeatur, ut Praelectiones hae novae Fructum faciant, et Bgnissae Suae Mattis voluntati, gentisque desiderio, et expectaoni plene respondeant; huic Reae Studiorum Directioni de progressu hujus Linguae patriae et emolumento cathedrae hujus occasione semestralis Informationis Exc. Consilio L. R. Relatio pstanda est, haec ut debite pstarı possit, pro hocce quidem semestri nullam, pro ultimo tamen anni hujus scholastici semestri cum ceteris Informaonibus pro more consueto hucusque in duplici pari submissis, hujusmodi quoque Informaonem huic Studiorum Directioni pstandam habebit Pttlata P. Vestra.

Denique, ut pro hocce neo-constituto A. R. Patre Professore annua in Flnis 100 clementer emensa remuneratio expeti possit, Diem aditi Muneris Pttlata P. Vra significabit, ac omni quoque Conatu enitetur, ut in omnibus hujus Gymnasii Classibus pscriptis circa hanc Linguam Patriam Bgnis Ordinaonibus Regiis per ceteros quoque Professores satisfiat. De omnibus qualiter factis genuinam relationem expetendo, me commendans cum aestimatione maneo.

Pttlatae P. Vestrae. Posenii 18 Febr. 1792.

Servus obligatmus  
Joannes Fleischhacker  
qua Pro-Director m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

217.

1792. márczius 6. A pozsonytank. kir. főigazgató dicséri a nyitrai gymn. igazgató buzgalmát a magyar nyelv érdekében.

Admodum Rnde Pater Localis Director !

Literae Pttlatae P. Vestrae Testimonium pbent, et Conatus et Fervoris, quem ultro pro Cultura hujus Linguae et Literaturae hun-

garicae magis magisque in dies promovenda semet adhibuisse et adhibiturum ultro quoque Eadem P. Vestra promittit, hujus itaque continuationem pro sui quoque majori commendatione, ultro ipse officiose commendo. Pro neo-denominato etc.

Queis me commendans cum aestimatione maneo.

Pttlatae P. Vrae. Posonii 6. Martij 1792.

Servus obligatissimus  
Joannes Fleischhacker  
qua Pro-Director.

Eredeti. A nyitrai gymnasium leveltára.

218.

1792. szept. 21. Utasítás a nemzeti nyelv és irodalomnak a gymnasiumokban való tanítása iránt. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Rnde Pater Loc. Director !

Cum Synopsis, ac Norma plectionum Linguae et Literaturae Hungaricae pro Academiis, et Gymnasiis jam difixa sit, Exc. Consilium L. Reum ad exigentiam Bgnae Ordinationis Regiae die 5 Xbris anni superioris 1791 et N-o 14610 emanatae, in impressis exemplaribus adjacentem hanc plectionum Hungaricarum Synopsim, huic Rae Studiorum Directioni pro usu et cynosura Professoris transmittere dignabatur, quam proinde fine hoc pttlata P. Vra Chr. Dno Professori admanuabit.

Et cum deinceps studium Linguae et Literaturae Hungaricae vi Legis in novissimis Comitii Arlo 7. statutae; intra fines Regni Hungariae *ordinarium* esse debeat, pcipitur, ut omni opera curetur, ut omnes studiosi, praeter exteros, et hospites, seu alienigenas, quicumque sunt ignari Linguae Hungaricae, statim in principio Anni Scholastici per Pttlatam P. Vram, qua Localem Directorem, et Linguae Hung. quoque Professorem secernantur, et sicut visum fuerit, in Classem alterutram vel *Incipientium* vel *Proficientium* referantur, ac ita erudiantur, ut in fine utriusque Semestris examini subjiciantur, ac dein Informaones in duplo cum ceteris pro more solito ad hanc Ream Studiorum Directionem immediate, et ab hac dein ad Exc. Consilium L. R. submittantur.

Porro pcipitur etiam, ut Tempus plectionum Scholasticarum iis in Gymnasiis, quae Professore Linguae Hungaricae non egent, maneat invariatum, ubi autem distinctus est ejus Professor, Praelectiones La-



tinæ tam matutinae quam pomeridianaë duabus tantum horis habeantur, et Doctrina Christiana, quæ alias diebus Mercurii et Sabbathi dimidiam horam præter alias duas Horas postulavit, in Tempus aliarum plectionum reponatur, ita tamen, ut ea etiam debite pertractetur, et nullam lacturam patiatur.

Universim denique mandatur, ut omnes intra Fines hujus Regni Hungariae Professores Latini commendatum sibi habeant, ut Inventus patria suis in scholis congregata ad usum Linguae Patriæ in pertractatione et explanatione omnium earum Materialium, quæ singulis Classibus sunt præscriptæ, tam in scribendo, quam loquendo deducatur, et in eo excolatur: cujus rei quotidianam et singulis prope temporis curriculis novam habeat, et opportunam occasionem.

Postremo cunctis Loc. Directoribus summopere commendatur, ut huic etiam muneri sint intenti, curamque omnimodam gerant, au singuli Professores Linguam Patriam augere satagant. Quæ dum in conformitate pccitati B. Gratiosi Mandati exequi non intermitterem, me commendans cum aestimatione maneo.

Pttlatæ P. Vrae. Posenii 21. 7bris 1792.

Servus obligatissimus  
Joannes Fleischhacker  
qua Pro-Director m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

219.

1792. okt. 8. A Gusztinyi-, Marczibányi- és Vásárhelyi-féle segélydijak adományozása, és a kinevezett segélydijasok megerősítése ügyében. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Adm. Rnde Pater Localis Director!

In consequentiam grat. d. 11. Aug. a. c. 16469/16719. ab Exc. Consilio L. expediti Intimati meritum humillimum repraesentationum d. 9. Maji et 14 Junii a. c. ab hac R. Studiorum Directione Eidem Altéfato Exc. Consilio submis-arum, gratioso suo d. 20 7bris a. c N-o 21247 edito, ac 5. 8bris percepto Mandato sequenti modo snperatum fuisse, Idem Exc. Consilium mihi significare dignabatur: cujus gratiosos Tenores pro futura Sui Directione Pttlatæ P. Vrae notos reddere non iantermito

„E compluribus D. Eppi Nitriensis in Ordine ad amotos per Fundem Stipendiatos Foundationum Marczibányianae, Gusztinianae et Matheo-Vásárhelyianae Exc. Consilio repraesentatis, Iisque ab hoc altissimo quoque Loco substratis reflexionibus, Sua Mattas SSma illam ejusdem reflexionem Dni Eppi, quod extraneis stipendia extraordinariorum Fundaonum eousque solum relinqui possint, donec alii ex Familia et Sanguine Fundatoris, qui juxta Mentem et praescriptum Fundationum pferenter stipendiis providendi veniunt, succrescant, justam quidem esse clementer agnoverat, una tamen bgne decernere dignata est: id aequum non esse, ut tales extranei sub medio cursu anni scholastici stipendiis priventur, sed eos usque finem ejusdem anni in usu Stipendii relinquendos, ac de eo, quod futuro anno amplius eodem beneficio, velut alteri ex Sanguine Fundatoris conferendo frui nequeant, mature edocendos et pmonendos esse, ut sibi alia rationo tempestive providere valeant.

Quemadmodum itaque in consequentiam hujus B. Resolutionis Reae apud suam Illtem Eppum Nitriensem sub eodem expeditionis Dato congrua ab Exc. Consilio L. R. jam disposita sunt, ut circa Iuvenes ad Fundaones sui patronatus recipiendos pvie Exc. Consilio pro confirmatione proponendos Normalem B. Resoluonem Regiam pmissio etiam in Casu sua Illtas accurate observet, eidem jam de Bgno Iussu Reo intimatum habetur.

Ita huic quoque Reae Sup. Studiorum Directioni pcipitur, ut huic praerecensitae Bgnae Resolutionis observationi serio invigilet.

Quod ipsum, ut pniseram, in conformitate pcitati grat. Mandati dum officiose notum redderem, me commendans cum aestimaone maneo.

Pttlatae P. Vestrae. Posonii 8-a 8bris 1792.

Servus obligatmus  
Joannes Fleischhacker  
qua Pro-Director m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

220.

1792. okt. 15. Schaffarovich Antal nyitrai kanonok alapítványa a nyitrai kollegium javára.

Ad majorem Dei Gloriam, contestandamque, qua licet, porenem grati animi significationem erga Moderatores Iuventutis meae et Magistros Humaniarum Litterarum, Viros quippe Reverendos, Honorabiles

ac Religiosos Clericos Regulares a Scholis Piiis; pro remedio, ac refrigerio Animarum Vivorum scilicet adhuc ex Dei munere et Mortuorum, novissime autem meae; motu proprio, pmissaque matura deliberatione feci et constitui irrevocabiliter Foundationem pro sex Sacris in Ecclā V. Collegii Nitriensis ad Aram S. Ioannis Nep. Martyris per RR. PP. memorati Collegii quotaannis diebus infraposis celebrandis. Ac

1. Pro Admodum Reverendo ac Clarissimo Patre Provinciali Emerico Perczel 5. 9bris in vivis, dein die obitus Sacrum unum.

2. R. P. Paulino Lihan Assistente 22 Junii, dein die obitus Sacrum unum.

3. R. P. Urbano Korecz Rectore Carponensi 25 Maji, dein die obitus Sacrum unum

4. RR. PP. Georgio Kókay, Georgio Hólló, Wolfgango Farkas, Joanne Divjanszky, omnibus e scholis Piiis sacrum unum.

5. Pro me infrascripto Sacerdote Antonio die 13 Junii et 21 Julii in vivis, post mortem vero die Anniversaria obitus et sequente Sacra duo.

Assignando et effective irrevocabiliter in perpetuum resignando R. P. Eduardo Bulla, qua patti Collegii Nitriensis Rectori Florenos Rhenenses Centum, ad tutum Locum quamprimum in Censum annum elocandos etc. In cujus rei fidem, has manu propria scriptas et sigillo meo usuali munitas dedi Fundationales Litteras. In Üregh die 15 Mensis Octobris Anno Millesimo septingentesimo nonagesimo secundo. Antonius Schaffarovich Cathedralis Ecclāe Nitriensis Canonicus, V. Archidiaconus Cathedralis, Parochus Üreghiensis m. p. I. S.

Anno 1803 Die 13 Decembris, manente praescripto sex Sacrorum numero; pro Augmento Fundationis addidi Florenos Centum, idest Rhen. fl. 100.

Antonius Schaffarovich m. p.

C. N.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

221.

1793. jan. 28. A nemzeti nyelv behozatala következtében támadt tulterheltetési panaszok ügyében. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Rende Pater Localis Director!

Qualenam Bgno gratiosum circa studium Linguae Hungaricae in Regiis Gymnasiis, et Academiis tradendae ab Exc. Consilio Ltli Regio

Intimatum ad hanc Regiam Studiorum Directionem dd. 4 Jan. a. c. die 24 ejusdem humillime perceptum et N-o 66. signatum advenerit, ex gratiois ejusdem subsequis tenoribus intellectura est Pttlata P. Vra „Cum medio tempore, quo studio Linguae et Literaturae Hungaricae legetenus pro ordinario declarato circa dandas quotidie per Professores hujusce linguae Praelectiones necessaria per Exc. Consilium Ltltle Regium disposita fuere, eae ex nonnullis Literariis Institutis ad Thronum Regium perlatae sint queremoniae, quod Iuventus Scholastica quotidianis hujusce Studii Praelectionibus multum occupata, et longius in Scholis detenta, in reliquis, quae eidem in respectivis scholarum Latinarum classibus traduntur studiis desideratum progressum facere haud possit; ad antevertendas posteriores hujusmodi querimonias, consideratoque eo, quod qualitas studii ordinarii non in eo constat, ut illud omni die tradi debeat; siquidem sint aliqua, quae non obstante eo, quod ad classem ordinariorum studiorum pertineant, non singulo die praeleguntur; praeterea cathedra Linguae Hungaricae non ita sicut reliquae studiorum Classes, quarum singulae cursus annue absolvitur, quin sequenti anno eadem studiorum Materia repetatur, comparata sit, verum incipiendo a I. Classe Grammatices, usque ultimam Studiorum classem singulo anno omnium Classium Studiosis Linguae Hungaricae ignaris hanc addiscendi modus, et occasio suppetat; Sua Mattas SSma clementer determinare, ac una Bgne mandare dignata est, ut Linguae et Literaturae Hungaricae studio in Gymnasiis apud *incipientes* binae quot Hebdomadis horae, et totidem apud *proficientes* tribuantur, in Academiis autem et Uiversitate Linguae ejusdem ac Literaturae Institutio similiter binis per Hebdomadam horis habeatur, ne scilicet iuventus gymnastica sex quotidie horis in schola detineatur; et altioribus apud Academias, et Universitatem Disciplinis tanta Praelectionum frequentia impedimentum offeratur, atque ita Tempus Doctrinae Christianae destinatum veteri instituto relinquatur.

Ceterum quoniam Altefata Sua Mattas effectum legis de Lingua et Literatura Hungarica conditae omnino procurari, et id solum, ne ultra necessitatem Iuventus scholastica Praelectionibus ejusdem Linguae longiori Tempore in Scholis detineatur, et ab aliis studiis abstrahatur, praeverti clementer velit, ad casum eum, si praescriptae binae per Hebdomadam horae pro studio hoc non sufficerent, remonstratiorem sibi faciendam Bgne jubet.

Quemadmodum itaque huic Regiae Studiorum Directioni ad exigentiam hujus Bgnae Ordinationis Regiae gratiose pcipitur, ut huic studio Linguae Hungaricae Dies et Horae opportunae deputentur, et subinde si eadem minus suffecerint, Relatio Exc. Consilio Ltltli Regio

psstetur, ita vicissim officiose requiro Pttlatam P. Vrae, ut de omnibus his qualiter ordinatis mihi suam Relationem eadem Pttlata P. Vrae psstare velit . . . . Penes quorum officiosam communicationem, me commendans, cum aestimatione maneo

Pttlatae P. Vrae. Posonii 28 Jan. 1793.

Servus obligatissimus  
Joannes Fleischhacker  
qua Pro-Director m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

222.

1793. május 10. A m. kir. helytartótanács kérdést intéz a piárista rendfőnökhöz, valjon a rendnek volt-e kinevezési joga a Mattyasovszky-féle alapítványos helyekre.

Religiose Adm. Rde in Xto Pater nobis observande!

10611.

Ut fundatio Mattyasovszkiana per hujus nominis Eppum olim Nitriensem pro educatione Nobilis Patriae Iuventutis facta rite cognosci possit, Consilium istud Regium Lli Ptti Vrae psentibus de Altissimo Iussu Regio intimandum habet: ut quantocius horsum referre noverit: an Ordo Pttis Vrae aliquando in usu pfuerit, Iuvenes ad memoratam Fundaonem Mattyasovszkianam denominandi et suscipiendi. Datum ex Consilio R. Lli Hgco Budae Die 10 Maji 1793 celebrato.

Pttis Vrae.

Benevolus  
Ad officia Parati  
C. Iosephus Haller m. p.  
Franc. Skerlec m. p.  
Ioan. Kvassay m. p.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Protoc. Coll. Nitr. pp. 87—88.

223.

1793. július 6 A nyitrai Kollegium joga a Matyasovszky-féle konviktusi alapítványi helyek betöltése körül. A nyitrai k. r. ház főnöke a tartományi rendfőnöknek.

Ad quaestionem Exc. Consilii de Matyasovszkiana Fundatione quod attinet: in nostris quidem Documentis ad rem pertinens vestigium nullum invenio. Verum Senex P. Chrysostomus affirmat, olim Rectorem Domus cum Regente omnes Convictores Matyasovszkianos inconsulto Eppo ad Convictum recipere solitos fuisse, suoque adhuc Rectoratu hanc recipiendi rationem viguisse; quando autem idem Ius recipiendi ad Dioecesanum devolutum sit, se ignorare. Ait autem, Fundatorem Matyasovszkianum memoratum Ius Rri cum Regente tribuisse in Contractu de Convictu, qui aut in Archivo Provinciae, aut in Archivo Convictus, quod p. manibus Exc. Consilii est, quaeri debeat.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Protoc. Coll. Nitr. p. 89.

224.

1793. aug 10. Gróf Szápáry József pozsonyi főigazgatóvá nevezte-  
tik ki. A pozsonytank kir. főigazgató a nyitrai gymn igazgatónak.

Admodum Rude Pater Localis Director!

Quam Bgnam Resolutionem Regiam per gratiosum sub 19 Julii a. c. Nr. 16745. editum Intimatum Regio Posoniensi Academico Consessui Exc. Consilium Little Reum gratiose notam reddere dignabatur, eandem ego pro debita uberiori adhuc notitia et futura pttlatae P. Vrae directione publicam facere, officii mei esse plurimum existimabam:

Suam Sacram Caesareo-Regiam et Aplicam Mattem pro vacante in hocce Districtu Literario Superioris Regii Studiorum Directoris muere Illustrissimum D. Comitem Iosephum Szápáry J. Cottus Sirmiensis Supremum Comitem . . . . clementissime resolvere, et de-nominare dignatam esse.

Me sinceris ultroneis affectibus commendans, cum aestimatione maneo.

Pttlatae P. Vrae. Posonii 10 Aug. 1793.

Servus obligatmus  
Joannes Fleischhacker  
qua Pro-Director m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

225.

1794. márczius 13. A m. kir. Helytartótanács tilalmazza az iskolai színjátékoknak újból kezdett felelevenítését. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director!

Cum innotuerit Excelso Consilio Lottli Regio Ludos Theatrales, qui universim apud Iuventutem Scholasticam abrogati fuere, quibusdam in Locis Gymnasiorum resuscitari, et produci, aliquando sine conscientia et cura suorum Moderatorum, nonnunquam autem consciis illis, et dirigentibus; istud vero cum aliis de causis, tum hoc imprimis tlo, stantibus benignis normalibus Resolutionibus, tolerari non possit, quod desideria Theatrorum, quae Studiosis sunt interdicta, excitent, cursum studiorum interturbent, inutilesque sumptus, et eos etiam Parentibus ingratos faciant, et occasionem varios ad excessus, tum praesertim aperiant, cum Iuventus sine oculo, Magisterioque suorum Praepositorum, sub proprio tantum ductu scenis apparandis et Actioni Theatrali est intenta.

Idecirco ad exigentiam graosi sub 21. Febr. a. c. N-o 3334. emanati Mandati pttta P. Vra reflexo ad priores factas B. Ordinationes attentionem omnem adhibebit, ut memorati Ludi Theatrales jam olim a Scholastica Iuventute amandati, porro quo-que abrogati, et Iuventuti studiosae interdicti maneant, hoc tamen nomine non intellectis Declarationibus publicis, de quibus §. 157. Rat. Educat. meminit. Queis benevolentiae commendatus maneo.

Praettae P. Vrae. Posonii 13. Martii 1794.

Ad officia paratmus  
Comes Iosephus Szápáry m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

1794. márczius 24. A nyitrai megyés püspök értesítést kér a gymn. igazgatótól a Gusztinyi- és Marczibányi segélydíjak adományozása körül fennállott régibb szokásról.

Reverende Pater Director!

Nosse velit Paternitas Vestra, quod ab anno 1784 usque 1788. Piarum Foundationum Gusztinyianae et Marczibanyianae Instrumenta Litteralia, seu Fundationales in vidimato Excelso Consilio Locumteneutiali Regio quatuor vicibus sint missae; et praeterea anno 1792. in Repraesentatione mea additam esse Reflexionem super iisdem Fundationalibus, et quidem in eo Puncto: quod mens eorundem Fundatorum illa sit, ut Pater Director (olim Praefectus) Gymnasii singulis annis scholasticis novum faciat delectum eorum, qui subsequo anno scholastico ex iisdem Fundationibus participant: et quia anno praeterlapso conformis praecedentium temporum per Paternitatem Vestram factus fuisset delectus, cogsignatioque, cum Reverendissimo Domino Episcopalis mei Consistorii Praeside praevis concertata, quam dein Excelso Regio Consilio miseram: evenit, ut vehementissima, et gravissima mihi sit scripta objurgatio, qua, postquam in mea Repraesentatione remonstrasseim, non me, sed dominum Consiliarium Referentem esse dignum, qui supra recensitis tot vicibus missis Fundationalibus aequae ac ante semialterum annum factae per me Reflexioni intentus non erat, accepi novum Intimatum, cujus Copiam hic advolvo, et cujus virtute iterato exiguntur Fundationales Litterae eadem mittendae.

Verum siquidem in mea Repraesentatione non tantum ad Fundationales Litteras provocaverim, verum etiam ad simillimum constantem retroactis temporibus usum, cumque hujus usus novae annuatim Destinationis deligendorum in Marczibanyianis clare quidem sit; in Gusztinyiano autem Fundationali paragrapho usus quoad annum delectum non ita exerte expressus, ea de causa Paternitati Vestrae praesentibus comitto, ut super hoc usu constanti adaequatam, et ingenuam suam Declarationem conscribere velit, mihi que submittere. Nexum huc habentia Acta ut Paternitati Vestrae communicentur, disposui. Qui in reliquo cum propensione persevero.

Paternitatis Vestrae. Mocsonok die 24 Martii.

Addictus

Franciscus Xaverius E. N. m. p.



226.

**A m. kir. Helytartótanácsnak fent idézett rendelete :**

Copia/3333.

Illustrissime etc.

Cum Praetitulata Dnatio Vestra in sua, in consequentiam Intimati de Foundationum Marczibanyianae et Gusztényianae Stipendiatis pro anno hoc scholastico 1793/4. delectis, sub 20. 10bris 1793. et N-o 29625. abhinc expediti, dd. 21. Jan. a. c. horsum exarata Relatione, inter reliqua exponat: Iuvenum e memoratis Foundationibus habita stipendia non esse stabilia, sed quovis anno scholastico mutabilia.

Consilium hoc Regium Lotle priusquam ad praecitatam Relationem Praetae D. Vrae ulterior subsequatur B. Resolutio Regia, Eidem praesentibus reintimandum duxit, ut mentionatarum extraordinariarum Foundationum Marczibanyianae, et Gusztényianae Litteras Fundationales in vidimata Copia horsum quantocyus submittat, quo Tenor earum isthic inspici, ac an Stipendia haec annua sint, nec ne? uti praetenditur, ex iis cognosci possit. Datum ex Consilio Reo Lottli Hngco.

Budae die 21 Februarii Anno 1794. Praetae D. Vrae.

Ad officia paratus	
paratissimi	Franc. Skerlec m. p.
Leopoldus Palatinus m. p.	Josephus Limp m. p.

Eredeti és Másolat. A nyitrai gymnasium levéltára.

227.

**1794. május 5. Rendfőnöki látogatás.**

Visitatio Canonica. In Nomine Domini. Amen.

Anno Domini 1794. die 28 Aprilis venit ex S-o Georgio post horam 10. antemeridianam ad Domum nostram Nitriensem Scholarum Piarum A. R. P. Emericus Perczel a Iesu Maria per Hungariam et Transsilvaniam Praepositus Provincialis cum adiuncto sibi Secretario Sigismundo Verner ab Assumptione B. V. M. juxta sanctiones Aposto-

licas, et Constitutiones Ordinis nostri Canonicam visitationem facturus. Cuius negotii rite peragendi causa post sequentis diei meditationem matutinam eadem visitatio Canonica more solenni in oratorio fuit promulgata, et pro felici eiusdem successu oblatum hora 6-a in honorem Spiritus Sancti Missae Sacrificium; cui ritu praescripto peragi solita Visitatio Sanctissimi successit. Reliquum dein tempus antemeridianum scribendis epistolis datum; post meridiem vero Illustrissimus Dnus Praepositus, et Reverendissimi Domini Canonici Officii exhibendi causa visitati. Die 30. Aprilis horis matutinis classis utraque Humanitatis examinata, et Bibliotheca Collegii revisa. A meridie terminato in 3. et 2. Grammatica examine, classis Incipientium ex Lingua Hungarica tentamen subivit. Die 1 Maji Patrum Theologiae Studentium examen exceptum, tum die altera Scholae I. Grammatices et Praeparandorum una cum classe Proficientium in Lingua Hungarica pertentatae. Observatum porro est tam in his, quam in ceteris scholarum classibus Patres Professores in tam numerosa Iuventute peculiari cum industria, ac Discipulorum profectu versari. Sequentibus postmodum duabus diebus inspectae officinae, revisi, examinati et subscripti Libri ad Gubernium Domus pertinentes. Demum personali visitatione peracta, quum nihil fere esset, quod peculiari visitationis articulo statuendum denuo videretur, in memoriam solum A. R. P. Provincialis praesenti communitati inter cetera revocavit tam in Capitulo Nitriensi Anno 1790, quam tempore Canonicae Visitationis anno 1791. factas Ordinationes. Atque his ita terminatis omnes ad indefessum pacis et Unitatis studium exhortatus, facta, ut moris est, a censuris absolute, et impertita cunctis paterna Benedictione finem Visitationi Canonicae imposuit hora sexta matutina die 5. Maji Nitriae Anno 1794.

L. S. Emericus Perczel a Iesu Maria Provlis m. p.

Sigismundus Verner ab assum. B. V. M. Secret. Provlis m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára. Lib. Ord. Gen. et Prov. etc. p. 180.

228.

1795. jul. 20. Az ujból visszaállítandó konviktusok belső felszerelésének előállítása czéljából a megüresedett ösztöndíjak leszállítatnak.

A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gym. igazgatónak.

Admodum Rende Pater Localis Director!

Sua Majestas Sacra substratis sibi per I. Deputationem Regnicolarem in re Literaria operantem praferentialibus punctis, inter quae

Restabilitio Convictuum continetur, dum Restaurationem Convictuum ordinaret, una clementer praecipere dignata est: Ut ad conflandum pro reparatione Convictualium Aedificiorum, horumque interna Instructione Necessarium Fundum dehinc in I. Classe enatae vacantiae non cum 260 fl. sed tantum cum 160 fl. stipendiis 3-iae Classis suppleantur. Cum itaque etc. Queis me sinceris affectibus commendans, cum aestimatione maneo.

Praettae P. Vrae. Posonii 20 Julii 1795.

Servus obligatmus  
Joannes Fleischhacker m. p.  
qua Pro-Director

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

229.

1795. aug. 4. A Mária-társulatok felsőbb helyről jött engedély előtt nem állíthatók vissza. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director!

Constans in exequendis praescriptis pietatis exercitiis Praettae P. Vrae observatio mihi cognita est, quae uti mihi grata accidit, ita gratum quoque illud est, quod sine ordinationibus altiori Loco sibi perscribendis, a quibus cuique praestolandum est, nullas Innovationes praeter sibi perscriptas hoc jam alioquin in finem vergente scholastico anno semet facturum perscribat, alioquin, si quae circa inducendos Coetus Marianos altissimo Loco ad me pervenerint Ordinationes, eadem plena cum Informatione Praettae P. Vrae, et omnibus sine mora perscribentur. Queis Benevolentiae commendatus persisto.

Praettae P. Vrae.  
Posonii 4. Augusti 1795.

Ad Offa paratmus  
Comes Iosephus Szápáry m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

1796. jan. 19. Az egri, szombathelyi és szegedi lyceumok, a nyitrai és váczai püspöki, a nagykárolyi rendi bölcs. intézetek tanszékeinek betöltésénél megkívánt képesítés. A m. kir. Helytartótanács a piáristák rendfőnökének.

1110.

Religiose Admodum Rnde in Christo Pater nobis observande !

Cum de Professoribus illis, qui pro publico Lyceo Agriensi, Sabariensi, et Szegediensi, item pro privato studio Philosophico Seminariorum Cleri Nitriensis et Vacziensis, nec non ordinis Scholarum Piarum M. Karoliens. Clementer concessio, enata vacantia secus a Patronis iure praesentandi vel denominandi praeditis, praesentantur, aut denominantur, eae sint altiores ordinationes; ut si nec Lauream suae facultati convenientem, nec adprobationem ad docendum legalem eatenus obtinuerunt, antequam scholasticam cathedram conscendant, examen rigorosum in Universitate subeant, et adprobationem mereantur, ex illis disciplinis, ad quas docendas sunt destinati: Consilium istud Regium Ltle apud magistratum dictae Regiae Scientiarum Universitatis Academicum sub hodierno disposuit; ut idmodi Professores coram respectivis Facultatibus comparituros sine dilatione examinari curet ex illis Studiorum Materiis, quas professuri sunt, et acceptum de illis a Facultate calculum horsum submittat.

Penes cujus proin Dispositionis significationem idem istud Consilium Regium L. Paternitatem Vestram hisce reflectendam habet: ut si mutationem Professorum in Studio Philosophico Szegediensi et M. Karoliensi faciendam esse censuerit, virum eo designatum, si is nec gradum Litterarium, nec adprobationem praescriptam habet pro illa scientia, quam docere deberet, antequam cathedrae publicae admoveat, in Universitate Scientiarum vel graduari, vel saltem facto a suis Materiis examine adprobari curet; mutationem autem omnem semper praevis Superiori Directori insinuet. Datum ex Consilio Regio L. Ilrico Budae die 19. Ian. 1796.

Paternitatis Vestrae.

Iosephus L. R. m. p.

Benevolus

Ad officia parati

Antonius Zitsy, m. p.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Ord. Reg. pp. 132—133.

231.

**1796. jun. 21. A rendi gymnasiumok igazgatói királyi megerősítés alá terjesztendők. A m. kir. helytartótanács a piáristák tart. rendfőnökének.**

13178.

Religiose Admodum Reverende in Christo Pater nobis observande!

Iterati sunt casus, quod Locales Directores in Gymnasiis ordini huic concreditus, priusquam benigna resolutio Regia emanet, officium hoc adeant, sicque in assignandis remunerationibus infundatas forment praetensiones; ubi tamen nemini seu remuneratio seu salarium de jure competit, nisi postquam altiore loco pro officio quodam resolutus, eius resolutionis notitiam sua via consecutus fuerit.

Patti proinde Vrae committendum habet Consilium isthoc Reum Ltle, ut candidatos pro Directoribus Localibus in Gymnasiis ordini suo concreditus deinceps vacaturis tempestive concernentibus Superioribus Studiorum Directoribus submittat, ut qui ocyus altioribus etiam locis propositi tales candidati SSmae Suae Matti substerni possint, hacque ratione omnes difficultates seu in ipsis Scholis, ex defectu Directorum, seu tempore aditi per eos muneris determinando enasci solitae cavcantur. Datum ex Consilio Reo Lottli Ilgo Budae die 21 Junii 1796. celebrato.

Pattis Vrae.

Benevolus  
Ad officia parati  
C. Ioseph. Majlath.  
Ant. Zitsy.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Ord. Reg. pp. 134---135.

232.

**1796. jul. 22. A nemzeti nyelv sikeres tanítása érdekében. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Adnodum Rende Pater Localis Director!

Cum Studium Linguae et Literaturae Hungaricae intra fines Regni per Legem sit Studium Ordinarium, ut hac ratione intra certam temporis periodum pedetentim publica munia intra Regni limites nonnisi tales obtineant, qui penes reliqua rite absoluta studia cognitionem

etiam Linguae Patriae Professorum Testimoniis edocuerint: Ideo ad gratiosum sub 7. Junii a. c. N-o 12004 editum Intimatum eatenus interventum ex incumbente etiam muneris mei ratione omnes in hac provincia Literaria curae meae concredita constitutos Iuventutis Moderatores ad id excitandos habeo, ut hunc in scopum semper sint intenti, et istam Regis, ac Regni constitutionem Iuventuti scholasticae iterato declarare non intermittant, eamque commemorata necessitate, et amore proprii omolumenti excitare studeant; denique ea omnia, quae circa hoc studium jam per varia gratiosa Intimata in medium sunt adducta, ac praettae P. Vrae abhinc publicata, et ordinata strictissime effectui mancipare satagant.

His ex causis ppta P. Vra curahit quam plurimum, ut hoc studium per omnes Gymnasiorum Classes non interrupta opera continueatur, nullusque ab obligatione frequentandi scholam Hungaricam dispensetur, nisi vel sit exterus, vel Patrii Idiomatis jam peritus. Monendus etiam est D. Professor, ut in extradandis super frequentato Linguae et Literaturae Hungaricae studio Testimoniis sit scrupulosissimus, beneque perpendat, an illi, quibus ea expediuntur, profectum talem, qualis in dictis Testimoniis exprimi debet, reipsa retulerint, cum juxta Bgnas Normales Ordinationes ad Implementum Legis etiam publicae editas non sufficiat, cursum dicti studii fortassis tantum superficialiter absolvisse, ast eo res dirigi debeat, ut realis etiam profectus subsequatur, et sic suapte consecrarium sit minus proficientes ad repetendum quoque noviter ac iterum memorati studii cursum relegandos venire.

Denique ad Tenorem jam alias publicatarum Ordinationum in Classificationibus super universa studiosa Iuventute submitti solitis in sua respectiva rubrica disserte semper exprimendum est: quis, quare Studium Linguae et Literaturae Hungaricae illo, de quo Informationes sonant, anno non frequentaverit. Praemissorum omnium strictissimam observationem vel ideo exigere debeo, quod et mihi horum omnium cura summa commendetur; et ideo ppta P. Vra peitatos gratiosos Tenores in omnibus scholis publicabit, Iuventutem Scholasticam ad studium hoc diligentius adhuc frequentandum excitabit, constitutum Linguae Hungaricae Professorem super omnibus adaequate edocebit, et ut per hunc omnia pscripta observentur, summopere invigilabit. Benevolentiae commendatus maneo.

Praettae P. Vrae. Posenii 22. Julii 1796.

Ad officia paratmus  
Comes Ios. Szápáry m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

233.

1796. szept. 21. A Máriatársulatok újból való visszaállítása nem engedélyeztetik; az újonnan létrejöttek feloszlatandók. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Rende Pater Localis Director!

In puncto restabiliendarum Congregationum Marianarum compluribus altissimo Loco factis Remonstrationibus visum est suae Matti SSmae clementer pcipere, ut modo dictae Marianae Congregationes, in quantum eae penes quaedam Instituta Literaria alioquin in obversum Bgnae Intentionis Regiae introductae fuerunt, usque initium futuri anni Scholastici inomisse reducantur, ut autem interea etiam, donec universaliter per novum Studiorum Systema, velut etiam ad devotiones determinata quaedam norma pro Studiosa Iuventute stabilita fuerit; eadem Iuventus scholastica in objectis Religionis exactam institutionem, quae Suae Matti SSmae pprimis cordi est, accipere valeat, eam provisionem fieri jubet altefata Sua Mattas, ut Iuventus Scholastica Diebus Dominicis, et Festis ante meridiem quidem per accomodas Exhortationes, post meridiem vero per Doctrinam Xtiaum in Principiis Catholicae Religionis imbuatur.

Quae Clementissima Resolutio, et Ordinatio Regia in conformitate graosi sub 23. Augusti a. c. N-o 18240. emanati Intimati pttae P. Vrae eum in finem nota redditur, ut, quemadmodum peculiaris vigilantia, et pmissorum omnium effectuatio mihi injungitur, ita pttae P. Vrae in Gymnasio sibi concredito cum exacta omnium pmissorum observatione summam adhibeat in eo curam, ut Iuventus scholastica pscriptis Devotionis Exercitiis omnino diligenter, et ad Aedificationem aliorum cum pietate exemplari vacet, eademque obeat. etc.

Benevolentiae commendatus maneo.

Praettae P. Vrae.

Posonii 21. 7bris 1796.

Ad officia paratimus  
Comes Ios. Szápáry m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

1796. szept. 21. A nyitrai kollegiumnak a tartományi nagy gyűléshez intézett petíciói.

In Nomine Domini. Amen.

Capitulum Locale Cler. Reg. Paup. Matris Dei Scholarum Piarum celebratum in domo Nitriensi etc.

Die 20. sept. Hora nona matutina et 4. pomeridiana convenerunt Patres Capitulares, persolutisque de more precibus, haec, quae sequuntur Caplo Provli ea, qua par est, submissione proponenda censuerunt:

1. Ut Domus Nitriensis numero subjectorum, proventui annuo minime proportionato, non oneretur.

2. Si ad hanc Domum studium numerosius illocandum est, praeter subsidia sustentationi supernumerariorum necessaria, seu illa a publico impetranda, seu a Provincia pendenda sint, pro cubiculis necessaria supellectili instruendis provideatur. Supellex vestiaria tota, et lectisternia cum mutatis Agriam studentibus translata fuerat, nec restituta. Pari Ratione libri complures partim M. Karolinum, partim Debreczinum, partim Pestinum diversis temporibus ablati, et hucusque redditi non sunt.

3. Exquirantur apud Domum Pestiensem 8000 fl. a piae memoriae Eppo Adolpho pro Professoribus Theologiae legati, ex iisque competens honorarium Professoribus Theologiae, pro quibus specialiter ordinati sunt, et necessaria servitia procurentur.

4. Pari ratione 10,000 fl. Lövenburgici apud eandem Domum depositi, et elocati, in usus a Fundatore intentos, convertantur.

5. Ad restitutionem collapsae in Provincia disciplinae maxime pertinet, ut in omnibus Provinciae Domibus, et Residentiis, quae Scholarum Piarum nomine gloriautur, par etiam Calasantina disciplina observetur, atque in regulatioribus Collegiis.

6. Reperiatür modus nostros in tota Provincia vestitu Religioso integro providendi, ne ad Domum Studii cum sola talari veste veniant; quare Superiores Domorum, ea, quae necessaria sunt, certo tempore ultro suis etiam non petentibus offerant.

7. Quod ad studia Litterarum attinet animandi nostri omnes ab ipso Provli Caplo sunt, ad concinnanda opuscula, quae desiderantur scholastica; desunt autem pro Gymnasiis: 1. Doctrina Xrna elaboratior. 2. Historia Patria. 3. Geographia. 4. Antiquitates. 5. Mythologia



castigatio. 6. Historia Religionis. 7. Historia Ditionum Aust. 8. Chrestomathia selectior. 9. Ipsae singularum Classium regulae concinniores, et exemplis aptioribus illustratae. 10. In Philosophia partes omnes. 11. In Theologia pariter.

8. Ii, qui in Scholis docendis majori cum diligentia versati sunt, publicum a Patrum Congregatione laudis praemium ferant; id, quod evoluto quovis triennio fieri poterit.

9. Simili modo ad excitandam Magistrorum industriam evoluto decennio litteras, operae scholis sedulo impensae testes, a Capitulo Provinciali, qui se dignum praestitit, accipiat.

10. Cum per piae memoriae Regem Leopoldum Iura pristina, et antiquae consuetudines Provinciae redditae sint; Assistentium etiam numerus ad veterem reducatur; iisque duo adjiciantur; neque pluribus illi annis, atque Praepositus Provisis honore suo fruatur; sed evoluto quovis triennio vel confirmentur, si ita Patribus visum fuerit; vel alii deligantur.

11. Mutationes nostrorum, siquidem cae necessariae fuerint, in tempore fiant, et notitiae dentur. Factis autem in universa Provincia dispositionibus, omnium Religiosorum, ut ii in Collegiis aut Residentiis degunt, nomina typis edantur.

12. De clericis nondum Religionis voto obligatis singulis annis scrutinium celebretur.

13. Unus pro Tyrocinio nostrorum locus Threnchinii, pro studio Philosophiae Prividiae, pro Theologia Nitriae constituatur: sic fiet, ut et Iuniorum disciplina accuratius regi possit, et prudenti hac oeconomia Provinciae usibus plures suppetant viri, cum sic illis regendis, atque instituendis pauciores sufficiant.

14. Cum vero Iuvenes educantur in bonum totius Provinciae, aequum est, ut ad alendos eos singulae Domus subsidium, quod possunt, conferant.

15. Omnes Scholarum Piarum Iuniores Alumni, tam in novitiatu, quam in Domibus studiorum in utroque stylo, dicendisque tempore communis refectionis sermonibus sacris, et catechesibus latina et vernacula lingua sub directione periti alicujus viri exercentur.

16. Optandum praeterea est, ut iidem Iuniores in singulis totius Provinciae domibus habeant peritum aliquem, qui ipsis scientiarum comparandarum rectam methodum commonstret etc.

Actum Nitriae die 21. Sept. 1796.

Eduardus Bulla a S. Teresia  
Rector et Praeses Capli m. p.  
etc. L. S.

Leopoldus Kelle  
Secretarius Capli m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

235.

1797. jun. 30. Rendfőnöki hivatalos látogatás.

In Nomine Domini. Amen.

Anno Domini 1797. die 24. Junii advenit Tata ad hanc Domum nostram Nitriensem Scholarum Piarum 11 hora ante meridiem A. R. P. Stephanus Pállya ab Ass. B. V. M. per Hungariam et Transsilvaniam Praepositus Provincialis cum suo Secretario P. Sigismundo Verner ab Assum. B. V. M. juxta Leges Sanctionum Apostolicarum et Constitutiones nostras Canonicae Visitationis peragenda causa, quam praevis per Litteras Intimatorias R. P. Rectori et Assistenti ceterisque R. R. Patribus ac Fratribus in Xto Dilectissimis annuntiavit. Eadem igitur Die horis pomeridianis consuetas pro Nostris et Exteris Defunctis preces in Templo Religiosa Communitate praesente absolvit, et SSum Eucharistiae Sacramentum ritu praescripto visitavit. Qua occasione Presbyteris omnibus inter sacrificandum, reliquis autem ad Sacros Ordines nondum promotis eo vel maxime tempore, quo Venerabile exponitur, genuflexionem in Templo Romanam, sive profundam ultro observandam commendavit. Post haec quamvis ratione Decori Domus Dei consulatur, revidit; Domus Officinas, Aream, Hortum, Alodium inspexit. Reliquis deinde Diebus Personalem visitationem instituit; ex praeclaris nostrorum Theologiae Studentium progressibus non mediocre solatium cepit; Humanitatis et Grammaticae studiosorum, item Praeparandorum examinibus interfuit, Docentiumque omnium singularem cum profectu Discipulorum in docendo industriam pro merito collaudavit; Libros denique Archivi revisos subscripsit.

Atque his ita ex mente Constitutionum Apostolicarum et Legum nostrarum terminatis, dicto ad praesentem actum visitationis accommodato sermone, factaque a censuris consueta absoluteione, et impertita cunctis paterna Benedictione finem eidem Canonicae visitationi imposuit post horam 11. ante meridiem Die 30 Junii, anno ut supra.

L. S.

Stephanus Pállya m. p.  
ab Ass. B. V. M. Provlis  
Sigismundus Verner ab Ass. B. V. M.  
Secret. Provlis m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára. Lib. Ord. Gen. Prov. etc.  
p. 183.

1797. aug. 8. A felkelő nemesség csapatjaihoz beállott tanulók ösztöndijaikat továbbra is megtarthatják. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Rende Pater Localis Director!

Non abs re judicaverat haec R. Superior Studiorum Directio Bgnos Ordines intuitu eorum Stipendiatorum, qui sub hoc ipso scholarum tempore Insurrectioni Regni Nobilium semet associarunt, sub 11 Julii a. c. Nr. 14113. graose intimatos cum pttā quoque P. Vra, in quantum eandem concerneret, officiose communicare, Suam Mattem SSmam clementer resolvere dignatam esse: Ut stipendiatis Iuvenibus durante moderna Insurrectione, retento Literali Stipendio, penes Insurgentem Nobilitatem militare volentibus facultas eatenus impertiatur, cessante vero Insurrectione, iidem ad continuanda studia sua admittantur.

Erga quam Bgnam Resolutionem Regiam Exc. Loco dispositum est apud Grlem Cassam Polit. Fundlem, ut stipendia stipendiatorum, qui Insurrectioni Regni Nobilium semet associarunt, etiam pro delabente 2. Semestri 1796/7. de Angaria in Angariam erga quietantiam duntaxat Parentum, aut Curatorum exolvantur. Caeterum erga Remonstrationem Exc. Loco abhinc factam, illa graosa inviatio datur, ut stipendiati hoc adhuc anno ad continuationem interruptorum studiorum reduces ad respectivas Classes scholarum citra omnem difficultatem recipi, ita etiam pro venturo anno scholastico ad altiorem Classem, si iustituto examine se habiles probaverint, admitti possint.

In reliquo ad caeteram Iuventatem nullo stipendio provisam, semet Insurrectioni Nobilium adjunctem in hoc peculiari casu nullam plane subversari Reflexionem, quominus ad continuanda studia admitti valeat etc.

Me sinceris affectibus commendans, cum aestinatione maneo.

Praettae P. Vrac. Psonii 8. Augusti 1797.

Servus obligatmus  
Ioannes Fleischhacker m. p.  
qua Pro-Director.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

237.

1797. decz. 19. Rendelet a tanuló ifjuság olvasmányának ellenőrzése ügyében. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Rende Pater Localis Director !

Observato eo : quod Iuventus Studiis operam navans saepius Libros prohibitos sibi clancularie sub manu comparare, et tales legere consueverit, hacque ratione eadem studiosa Iuventus, etsi bona principia in scholis hauriat, Domi tamen, ac in Hospitiis perniciosorum Librorum lectione corrumpatur, atque perversis principiis saepius imbuatur : dignabatur Sua Mattas SSma pro paterna cura sua, et sollicitudine, qua in rectam Iuventutis Educationem fertur, clementer praecipere : ut Ii, quibus cura Educationis studiosae Iuventutis incumbit, in hospitiis Studiosorum Visitationem saepius ab improvise suscipiant, atque sollicite inquirant, qualesnam Libros studiosa Iuventus habeat, et legat, et siquos perniciosos apud ipsos repperint, eos non solum adimant, sed id quoque investigent, ubinam, et a quo Studiosi tales Libros sibi comparaverint, atque super compertis Superioritati suae genuinam ac circumstantialem semper relationem faciant.

Quae altma Resolutio Regia siquidem medio gratiosi sub 14. 9bris a. c. N-o 23550. emanati, ac his diebus percepti Intimati pro necessaria directione, atque effectuandorum effectuatione nota reddita fuisset ; eapropter ex parte hujus Regiae Superioris Studiorum Directionis eum in finem in conformitate pmissorum tenorum officiose eadem publica fit, ut pscriptis hoc in merito ejusdem Ordinibus adhibenda omni cum vigilantia observato in Iuventute scholastica huicce etiam morum defectui obvietur, et malum hoc serpens a Iuventute simpliciter amoveatur. Me sinceris affectibus commendans, cum aestimatione maneo.

Praettae P. Vrae. Posonii 19. Xbris 1797.

Servus obligatmus  
Ioannes Fleischhacker m. p.  
qua Pro-Director.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

238.

1798. márcz. 16. A nemesi felkelés megszűntével iskoláikat folytatni szándékozó ösztöndíjas tanulók vizsgálat nélkül is felléphetnek a felsőbb osztályba. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Director!

Rursus alterum in nexu Intimati d. 6. Februarii a. c. N-o 3111. dimissi, et per me sub 23 ejusdem Mensis publicati, gratiosum sub 27. Februarii N-o 4894. signatum, ac his recenter diebus ad me perventum percepi Intimatum, quo significatur: stipendiatos Iuvenes, dissoluta Regni Insurrectione ad continuationem studiorum reduces, si interruptam anno superiore studiorum Classem repetere nollent, absque etiam seperato ex eadem interrupta Classe subeundo Examine, sub proprio nihilominus corundem periculo ad altiozem Classem libere ascendere posse.

De hac itaque gratiosa Dispositione Praettam P. Vram pro necessaria Ejusdem directione hisce edoceo, ac Benevolentiae commendatus maneo.

Praettae P. Vrae. Posonii 16. Martii 1798.

Ad officia paratmus  
Comes Ios. Szápáry m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

239.

1798. nov. 19. A kegyesrend tartományi főnöke a nyitrai konviktus épületének átadását kéri.

Serenissima etc. Ex R. C. Cons.

Ex Patris Collegii Nitriensis Scholarum Piarum Rectoris Litteris intelligo: eam ab Ex. R. L. Consilio B Gratosam Determinationem expeditam esse, ut Convictus quondam Nitriensis aedificium, cum vendi nequeat, diruatur, et diruti huius aedificii materialia vendantur.

Quoniam vero haec BGratiosa Determinatio aliter in effectum venire non posset, nisi grave et Scholarum et Collegii Piaristarum

aedificio detrimentum afferretur, idcirco, praesumo demissione animi, qua possum maxima, Serenitati Vae Regiae et Ex R. L. Consilio supplicare, ut hanc diruendi huius aedificii Determinationem Benigne et Gratiose revocare dignentur.

1-o. Enim Memoratum hoc Convictus Nobilium Nitriensis aedificium, ita est medium inter Scholarum et Collegii Piaristarum aedificia, ut utraque ex parte fundamenta fundamentis, parietes parietibus, et tecta tectis intime iungantur, et unum simul continuum et quadratum aedificium constituent: ut adeo diruendo Convictus aedificio vis inferri non posset, quin eadem vi Scholarum quoque et Collegii aedificia labefactentur.

2-o. Sublato convictus aedificio, sufferetur ex toto quadro, quod convictus cum Scholis, et Collegio constituit, unum integrum et dimidium latus, quo facto Templi, quod magnifice eminet in medio quadro, latus unum nudabitur, et totum hoc symetricè positum aedificium ita deformabitur, ut civitati quoque tanto maiorem allaturum sit deformitatem, quod loco edito et conspicuo collocatum sit.

3-o. Materialia huius Domus, etiam si dirueretur; vix vendi poterunt, tum quod Nitriae vix aliquis sit, qui possit, aut velit aedificare, tum, quod Nitriense Territorium abundet lapide ad aedificia aptissimo.

4-o. Sed etiam si aliqua ex his materialibus venderentur, eorum pretium vix importabit expeusas in diruendum aedificium faciendas.

5-o. Totum hoc convictus aedificium positum est in fundo Collegii Scholarum Piarum et quidem industria eiusdem ordinis Religiosorum, qui et Nitriensis et vicinorum Comitatum Nobilitatem obeundo, subsidia conquisiverunt, quibus, haec domus ita exstructa est, ut ex summa fundationali nihil unquam in hoc aedificium insumptum sit.

Si igitur hoc convictus Aedificium secus dirui non potest, quam magno utriusque vicini Scholarum et Collegialis aedificii detrimento: si per ruinam convictus tota quadrati aedificii simetria cum insigni etiam civitatis deformitate destructur; si ex materialium divenditione vix aliquod commodum notabile sperari potest; si denique aedificium hoc Collegii Piaristarum fundo insistens, eorundem Religiosorum industria et in exordio foundationis, et deinde postquam totum fatali incendio conflagrasset, eorundem Religiosorum industria absque omni summae fundationalis diminutione exstructum est: Iterum, iterumque summa animi demissione Serenitati Vae. Rae. et Ex R. L. Consilio supplico, ut antequam hoc aedificium diruatur, Scholis Piis potius Majestatis suae Ssmae clementia redderetur; Invenient hi Religiosi fortasse media, quibus sarta tecta saltem ex Domus censu conservent;

et aliquam aedificii partem in publicum Iuventutis et Scholarum usum convertant.

Qui cum Benignissimae Serenitatis Vae Rae Protectioni et Gratioso Ex R. L. Consilii Patrocinio me ordinemque meum humillime commendo, in profundissima veneratione emorior Serenitatis Vae Rae et Ex. R. L. Consilii humillimus servus et capellanus 19-a Novembris 1798.

Másolat. A kegyesrendiek központi levéltára.

240.

1799. szept. 3. A konviktus épülete négy föltétel alatt átengedtetik a piaristáknak.

20405.

Religiose Admodum Reverende in Christo Pater, Nobis observande!

Suam Maiestatem Ssmam aedificium Convictus olim Nitriensis, Collegio Piaristarum Nitriensi pro suo et scholarum usu iis disertis sub conditionibus cedendum clementer demandasse, quod in eam domum sicut hactenus nullum unquam jus habuerunt PP. Piaristae, nec in futurum habituri sint; sed cum Systema Convictuum sit istud, ut in loco tantum Universitatis et Academiarum erigantur, ideo quaestionatum aedificium iisdem in usus tantum suos privatos et proprios sine pjudicio Convictuum Districtualium et formalium conferatur; eo etiam addito, quod nullam unquam praetensionem, aut consequentiam formare possint, seu ad fundationem aliquam convictui olim Nitriensi addictam, seu ad aliquod subsidium ad eius reparationem aut Conservationem ex fundo convictuali vel alio publico postulandum, sed quod, sicut usus huius aedificii, ita onus conservationis iisdem incumbat, eo suapte intellecto, quod si aliquando idem aedificium pro alio usu necessarium fuerit, illud a P. P. Piaristis velut usum eius duntaxat non vero proprietatem habituris, denuo recipi possit. Hanc proinde B. Resolutionem Ream Paternitati Vae cum eo notam reddi, ut occasione fiendae per Praefectum Sellyensem Resignationis et Traditionis aedificii huius de recepto eiusdem sub praeductis conditionibus duntaxat usu, non vero Proprietate resignanti Praefecto Reversales extradare noverit. Datum ex Consilio R. Ltli. Hgco Budae die tertia Septembris, anno millesimo septingentesimo nonagesimo nono celebrato. Paternitatis Vae Benevolus, Ad officia parati. Franc. Sz. Ivany m. p. Adamus Kelcz m. p.

1799. szept. 30. A rendfőnök nem hajlandó a konviktus épületét föltételek mellett elfogadni.

Cum mihi certis nuntiis innotuisset, Convictus olim Nitriensis aedificium idcirco, quod in sua forma vendi haud potuisset, demolitione, in suam materiam esse redigendum, ut hoc pacto materia aedificii facilius venderetur, praesumsi Serenitati Vae Rae Exsoque R. Consilio humillime supplicare, ut hoc convictus aedificium suo potius loco atque in sua forma relinqueretur et S. Piar. Collegio Nitriensi Benigne conferretur.

Rationes vero, quibus humillimas preces meas firmaveram, haec erant potissimae. 1-o. Quia non sine fundamento metuendum est, ne, si Convictus aedificium dirueretur, Collegii quoque et Scholarum aedificia eadem demolitione labefactentur. Ita enim haec aedificia sibi invicem innexa et intima tectorum et parietum coniunctione in unum quadrum coaedificata sunt, ut convictus aedificium Scholarum inter et Collegii aedificia medium convelli non possit, quin eadem demolitionis vi vicina utrique aedificia contremiscant et debilitentur.

2-o. Si convictus aedificium ex quadro illo, quod ex scholarum, collegii et convictus aedificiis coalescit, erueretur; isto hiatu tcta aedificii Symetria horrendum in modum deformaretur, atque haec deformitas tanto esset magis conspicua, quanto ea aedificia editiore loco collocata sunt.

3-o. Denique, ut collegium, in quo iuvenes religiosi ad Ecclesiae et Regni emolumenta Theologicis Disciplinis erudiuntur, ab infimae conditionis inquilinorum, qui convictum incolunt, importunissima vicinitate, ab incendiorum periculis, ab obiectorum, quae iuvenibus, praesertim Religiosis offensionibus sunt, turpitudine liberentur.

Non igitur pro Scholarum aut Collegii usibus hoc toties memoratum convictus aedificium ita amplum est, ut Gymnasii in Regno frequentissimi iuventutem commode capiat, et Collegium nulla aedificii accessione ad recipiendum Studium Theologicum indigeat; sed ut iam expositis et seria consideratione dignis incommodis ea Domus Benigne liberaretur; ex qua quasi ex seminario quotannis prodeunt homines Religiosi ad erudiendam Patriae iuventutem praeparati.

Quoniam vero hoc aedificium temporis edacitate et reparationum intermissione, atque etiam inquilinorum malitia ita vitiatum est, ut vix 10,000. fl. inpensis restitui possit, existimabam id nobis permissum iri,



ut in hoc aedificium Nobilium Nitriensis et viciniorum comitatum liberi recipi possint, non tanquam in formalem convictum neque stipendiati, quod districtualibus et systematicis convictibus praeiudicaret, sed eorum duntaxat nobilium filii, qui nollent, aut non possent filios suos in Districtualibus Convictibus maiore sumtu accomodare, ut ex horum solutionibus ea pecunia confici possit, qua sensim aedificii vitia sarciantur, et domus in posterum etiam conservetur.

Verum cum huiusmodi Convictorum intertentio nobis interdicatur, et ad nostros tantum et scholarum usus, quibus superflua esset, Domus haec tota restringatur; cum praeterea ex publico fundo (quod neque petimus neque sperabamus) omnis consequendorum in reparationem conservationemque sumptorum spes praecidatur: cum nos omni eiusmodi fundo, quo haec domus reparetur et conservetur adeo destituimur, ut vix alia aedificia nostra, usibus nostris necessaria sarta et tecta servare possimus; cum praeterea eodem BGratioso intimato usus etiam adeo incertus nobis conceditur, ut aedificium hoc aliqua rerum et temporum vicissitudine emergente tolli a nobis possit; cum denique benigna huius usus concessio iis sit conditionibus circumscripta, ut ea nobis non beneficium conferat, sed onus imponat facultatum nostrarum tenuitati plane non ferendum, praesumo ea, qua possum maxima animi demissione declarare: Nos hoc aedificio pro nostris et Scholarum usibus non indigere, et malle quaevis vicinitatis incommoda et pericula ipsamque adeo Convictus aedificii demolitionem ferre, quam ita incertam et tot gravibus conditionibus onustam domus possessionem.

Másolat. A kegyesrendiek központi levéltára.

242.

1800. jan. 14. A piáristák a konviktus épületét feltételek nélkül nyerik meg.

948.

Religiose Admodum Reverende in Christo Pater Nobis observande!

Erga Repraesentationem Paternitatis Vae in merito aedificii Convictualis Nitriensis ejatis Piaristarum Collegio cedendi sub 30-a Septembris 1799 horum factam, abinde vero suae Majestati SSmae, submissam dignabatur altefata, sua Majestas sacratissima clementer admittere, ut quaestionatum aedificium in his rei adiunctis Piaristarum

Collegio Nitriensi cedatur ea expressa tamen conditione, ut Contubernium Iuvenum in cedendo hoc Piaristis veteri convictuali aedificio cum victu et hospitio illocandorum, non aliter considerandum sit, quam privata quaequam Domus, in qua pro studiosis conducitur hospitium, et victus sub cura hospitem et Informatorum, maneretque ius Directioni studiorum inspiciendi ea tantum ratione, quae vi Systematis Literarii competit in eos privatarum Domorum Convictores, qui sunt actuales studiosi et Scholarum publicarum Alumni. Praeterea vero, ut conservationem in summe necessariis sartis et tectis non illius solum partis aedificii, ad quam Piaristae studiosos illocabunt, sed etiam totius reliquae partis, dicti, Piaristae suis sumptibus ferre teneantur.

Quam proinde benignam resolutionem Regiam Paternitati Vestrae in nexu priorum et signanter sub 3-o 7bris 1799. Nro 20405. emanati Intimati pro ulteriori necessaria sui directione et aedificii quaestionati e manibus Praefecti Districtualis ordinanda receptione hisce intimati Consilium isthoc Little Regium Praefecto Sellyensi de benigna hacce Resolutione Regia inviati existente. Datum in Consilio Regio Lottli Hungco Budae Die decima quarta mensis Ianuarii Anno Millesimo octingentesimo celebrato. Paternitatis Vestrae. Benevolus. Ad officia parati Franc. Szent-Iványi m. p. Franciscus Darvas m. p. Mathias Nitray m. p.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

243.

1800. márcz. 13. A konviktus épületének örök átadása a piaristák részére.

Sua Majestate Sacratissima missis conditionibus, mediante benigno gratioso Excelsi Consilii Regii Locumtenentialis Hungarici sub dato 3. Septembris Anno 1799. N. 20405. ad me expedito mandato, circa resignationem aedificii Convictualis Nitriensis positus, ea duntaxat conditione benigne praefixa, ut aedificium Convictuale in his rerum adjunctis Patrum Piaristarum Collegio Nitriensi cedatur, clementer resolvente, ut contubernium Iuvenum in cedendo hocce Patribus Piaristis veteri Convictuali aedificio cum victu et hospitio illocandorum, non aliter considerandum veniat, quam privata quaequam Domus, in qua pro studiosis conducitur hospitium, et victus sub cura hospitem et informatorum; maneretque jus directioni Studiorum inspiciendi, ea tamen ratione, quae vi Sistematis Litterarii competit in eos privatarum Do-

morum Convictores, qui sunt actuales studiosi, et Scholarum publicarum alumni; praeterea vero, ut conservationem in summe necessariis sartis, et tectis non illius solum partis aedificii, ad quam PP. Piaristae Studiosos illocabunt, sed etiam totius residuae partis PP. Piaristae suis sumptibus ferre teneantur.

In obsequium benigno gratiosi recentius sub dd. 14. Januarii a. c. Nro 848. ad me directi mundati Infrascriptus, idem vetus aedificium Convictuale Nittriense, cum appertinentibus aliis collapsis aedificiis, murisque cincturalibus, Collegio PP. Piaristarum Nittriensi sub expressa superius conditione, hisce de alte mihi attributa activitate in praesentia infra denominatorum pro Testimonio convocatorum Dominorum Patri Mathiae Kosztki Collegii hujus Vice-Rectori ab Admodum Rendo Patre Stephano Pállya Provinciali, ad praesentem resignationis actum, plene activisato, eiusque successoribus, ac in concreto Collegio PP. Piaristarum, in conformitate clementissimae Caesareo-regiae resolutionis usuandum, possidendum et conservandum trado: eundem Patrem Vice-Rectorem in idem, et appertinentia aedificia introducendo, ac plenarie eidem resignando, prouti etiam publice in frequenti concursu concurrentium inferius specificatorum Dominorum, possidendum, usuandum, et conservandum effective cessi, tradidi, et resignavi. Harum mearum Literarum resignatorio-traditionalium, manu propria subscriptarum, et usuali sigillo roboratarum vigore et testimonio mediante. Datum in Eppali Civitate Nittriae die 13. Mensis Martij Anno Dni 1800.

L. S. Antonius Parcsetich m. p.

R. Distr. Praefectus Sellyensis. Praesentibus ex Venerabili Caplo Nittriensi Rendissimis Dnis Adalberto Prileszky Cantore, Nicolao Benkó Archi-Diacono Trenchinicensi, Ladislao Kamanhazy, et Joanne Bressztyenszky Canonicis.

A parte J. Cottus Spli Dno Ord. V. Cte Ignatio Fabricius, Francisco Bartakovits, et Ladislao Szentzy Iurassore.

A parte I. Dni Spectabili Dno Ioanne Vietoris Praefecto, et Iuniore Emerico Boronkay Fiscali.

A parte Cittis Georgio Csiffalvay Iudice, et Ioanne Fassingh Notario.

Praesente quoque Martino Toronyossy Bonorum Pol. Fund. per Districtum Sellyensem, et multis aliis.

Quod Infrascriptus superius declaratum vetus aedificium Convictuale Nittriense de Clementissima Suae Mattis SSmae resolutione sub defixa altissime conditione mihi solenniter resignatum in homagiali

devotione et perenni gratitudine receperim harum virtute fidem facio.

L. S. P. Mathias Kosztko m. p.  
Collegii Nit. Sch. Piar. V. Rector.

Coram me Francisco Bartakovics I. Cottus Nitriensis Ord.  
Iudlium m. p. L. S.

Coram me Ladislao Szenczy I. Cottus Nitriensis Iurassore  
m. p. L. S.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

244.

1801. julius 2. Dubay Ádám végrendeleti hagyatéka a nyitrai k. r.  
kollegium javára.

Extractus Testamenti Adami Dubay.

Atyának és Fiunak és Szent Lélek Istennek Nevében Ammen.

Punctum 3. Nyitrai Pater Piaristáknak, úgy hogy Lelkemért Esztendőnként szent Méséket szolgálni kötelessek Legyenek hagyok két száz Rh. Forintokat id est fl. 200 és ez az én utolsó akaratom. Költ Kiss-Hinden 2. Julij 1801 Dubay Adam manu aliena cruce propria. Coram me etc.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

245.

1801. julius 10. Hersching Dániel nyitrai nagyprépost alapítványa  
gymn. tanulók részére.

Extractus.

Testamenti Illustrissimi ac Reverendissimi Dni Danielis Hersching, E. Eppi Sardicensis, Cath. Ecclesiae Nitriensis Praepositi Maioris, et Canonici, Nitriae die 10 Julij 1801. conditi.

Nro 8-o. Patribus Piaristis Nitriensibus, Tercentos florenos, ita: tamen, ut Capitalis Interusurium, sub Cura Patris Directoris, Studiosis pauperibus distribuatur, qui et morum probitate, et diligentia in discenda in primis lingua hungarica se distinxerit.

Praesentem Paragraphum per nos, ex Originali desumptum et collatum esse in fidem subscripti testamur. Nittriae 1-a Decem.

Iosephus Nejedly Can. Nittr. m. p.  
qua Testamenti Executor  
L. S.

Antonius Schaffarovich C. N. m. p.  
Co-Executor.  
L. S.

Másolat. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.

246.

1801. jul. 14. A pozsonytank. kir. főigazgató elismerését fejezi ki iskolánknak a váczi süket-némák intézete számára rendezett gyűjtés fölött.

Admodum Reverende Pater Localis Director !

Cum solatio intellexi ex Literis Praettae P. Vrae, subsidium pro Surdo-Mutorum Instituto Vacii propediem erigendo, conatu et zelo tam Praettae P. Vrae, quam et reliquorum P. P. Professorum profecto laudabili, tam notabile utpote ultra 52 fl. ex parte ejus Gymnasii collectum fuisse etc. benevolentiae commendatus maneo.

Praettae P. Vrae. Posonii 14. Iulii 1801.

Ad officia paratmus  
C. Ios. Szápáry m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

247.

1801. szept. 2. Kosztka István nizsnai plebános alapítványa egy családbeli fiu neveltetésére.

In Nomine Domini. Amen.

Ego Stephanus Kosztka origine Pruzsinensis e Cottu Trencseniensi actu Parochus Niznensis in Cottu Arvensi, Dioecesi vero Scepu-siensi, testor et notum facio omnibus, quorum interest, quod collectos

longa vitae parsimonia Florenos Rhen: 2000, id est Bis mille, ea intentione ad Fundum Crediti Regii intulerim, ut eos successive ad promovendam Dei gloriam, et Patriae utilitatem convertere possim. Quia vero non sperarem futurum aliquem, qui post fata mea commodius adcuratiusque intentionem meam impleat, quam Reverendi Patres Scholarum Piarum Collegii Nitriensis, ideo per Fratrem meum Germanum, Patrem Mathiam a SS-o Nomine Mariae, illius Collegii tunc Rectorem egi apud ejusdem Instituti Praepositum Provinciale, Adm. Rendum P. Stephanum Pállya ab Assumptione B. M. V. ut foundationis, quam facere constitui, administrationem eidem Collegio in se recipiendi facultatem concedere vellet. Qua obtenta praemissa cum praedicto Rectore Domus Nitriensis Germano meo, ac Senioribus Collegii Patribus matura animi deliberatione, in eum, qui sequitur, convenimus modum:

1-o. Ut vita mea durante de censu memorati Capitalis Ipse pro arbitrio meo disponere possim. Post fata vero mea, si P. Mathias a SS-o Nomine Mariae Scholar: Piarum Religiosus, fraterque meus superstes manserit, ut sinceri mei in se amoris post fata etiam mea fructum experiat, habeat jus, accedente Superiorum Suorum facultate, praedictum censum sive in privatas suas necessitates convertendi, sive juxta intentionem meam, mox declarandam, in subsidium unius Cognati nostri, Scholas frequentaturi impendendi.

2-o- A morte utriusque nostrum Census ille convertatur in subsidium Adolescentis illius, qui ex cognatione nostra ubicunque in Regno Hungariae Scholas frequentaturus est, modo ex fide dignis testimoniis Rectori Domus Nitriensis constet, eum et de cognatione nostra esse, et probitate morum, ac in litteris progressu in spem promovendae Dei gloriae, Patriaeque utilitatis crescere.

3-o. Cognationis meae stipitem constituo defuncti Fratris mei Ioannis filium Stephanum, actu Pruzsinae in Cottu Trencsiniensi viventem, et jam tres filios, Lucam nempe, Matthaeum et Stephanum habentem, et quidem ita, ut quousque ex eius Sexus virilis Haeredibus aptus ad studia litterarum reperiri potuerit, ex illis praefereat deligatur; ac tunc tantum ad collaterales utriusque Sexus cognatos beneficium hoc transferatur, si inter memorati Stephani masculos haeredes nullus litteris idoneus inventus fuerit, aut iis se consecrare voluerit, vel denique improbitate morum indignum se hoc subsidio reddiderit. Ut autem de cognatione hac Rector Collegii Nitriensis facile rescire possit, Dispositionis huius meae alterum Authenticum exemplar dabitur ad manus eiusdem Stephani Fratruelis mei, qui illud ad successores suos ita transmittet, ut penes Senioresem semper maneat, et tunc Documento illo Litterali instructus, aut saltem authentico testimonio pro

visus Adolescens, quod cum cousensu illius, penes quem est Originale dispositionis meae exemplar, pro subsidio hoc se insinuet, quisquis ille demum fuerit, pro cognato meo habeatur, beneficioque, si cetero dignus fuerit, perfruatur.

4-o. Quia vero facile evenire poterit, ut Originale Dispositionis meae exemplar apud pauperes Cognatos meos intercidat, ac depereat, Haeredum curae crit, ut nondum obliterated Instrumenti illius memoria sufficienti vivorum adhuc testimonio se provideant, quo comprobent, Documentum illud prae manibus quidem eorum fuisse, sed casu interiisse, et tunc ad Successorum suorum legitimationem paria hujus meae Dispositionis petentibus Rector Collegii Nitriensis extradare in conscientia obligabitur.

5-o. Ne autem Collegium Nitriense per huiusmodi Foundationis administrationem aliquo pacto gravetur, cuperem Adolescentem eiusmodi semper Nitriae frequentare; quod si tamen, linguarum praesertim condiscendarum causa, ad aliud Scholarum Piarum Gymnasium transire voluerit, possit quidem id cum scitu Rectoris Nitriensis facere: sed tunc quomodo obtingens subsidium accipiat, ipse, aut Parentes eius, non autem Rector Collegii sit sollicitus, nisi forte per cambium ad Rectorem Domus illius, ubi frequentaturus est Adolescens, pecunia sine molestia transponi potuerit. Et in eo casu per Charitatem Christianam Rectorem Nitriensem obtestor, ut dimissurus Adolescentem ad aliud Instituti sui Gymnasium, eundem Directoris Localis aut proprii Professoris vigilantiae commendare, hosque simul monere velit, Adolescentem ex Patrimonio Christi sublevare, nec proinde admittendum, ut in indignum impendatur. Illud autem in primis cupio, ne pecunia unquam ad manus pueri, aut parentum eius detur, sed ex ea puero, de rebus necessariis provideatur.

6-o. Non est mens mea, ut census totus in Adolescentis subsidium convertatur, sed si is in Gymnasio aliquo Scholarum Piarum frequentaverit, decem Floreni Rheu: dentur singulis annis Professore illi, in cuius Schola Adolescens futurus est, ut exiguo hoc honorario excitetur ad accuratius invigilandum discipulo. Quod si vero Adolescenti, aut Parentibus, vel Curatoribus eius ex gravi aliqua causa ita visum fuerit, ut extra Gymnasium Scholarum Piarum studeat, decem illi Floreni pro Professore destinati in Collegii Nitriensis necessitates libere impendantur; et insuper pro iisdem Domus necessitatibus singulis Annis Floreni quinque ex annuo censu desumantur. Imo si tam felicia redirent in Regnum tempora, ut paucioribus etiam florenis provideri posset Adolescens rebus necessariis, utpote victu, amictu, ac libris Scholasticis,

quam foenus annuum, detractis Florenis quindecim, futurum sit, omnis pecunia supernatans Collegii Nitriensis esto.

7-o. Nullum ex cognatis meis beneficio hoc ultra Rhetoricam gaudere volo; sed ea per unum terminata, alter eidem substituatur, quia mihi persuadeo, absolutum Rhetorem, si frugi sit, sibi de vitae subsidiis prospicere posse; nisi forte is, qui usque Rhetoricam beneficio hoc usus est, altiores Scientias condiscere vellet, et non esset alter ex cognatione mea, qui subsidio egeret, aut eo dignus videretur.

8-o. Quod si nullus plane ex cognatione mea esset, qui Scholas frequentare vellet, aut posset, census in Adolescentem impendendus pro Missae Sacrificiis ad intentionem meam celebrandis applicetur ita, ut pro singulo sacro duo Floreni titulo Eleemosynae obveniant.

9-o. Quod si fatalitate temporum, nullaque Rectorum interveniente culpa aut census a Capitali fundationali, aut Capitale ipsum intercederet, Collegium redintegrationis onere, aut alia quacunque obligatione non gravetur.

In quorum fidem, ac robur praesentes usuali Sigillo meo munitas subscribo, una vero praelibato Collegio Scholarum Piarum Nitriensi Aeriales obligationes de praeinsertis Florenis Rheu. Bis mille resigno.

Niznae die 2-a Septembris, Anno Millesimo Octingentesimo primo.

Stephanus Kostka m. p.  
Parochus Niznensis in Arva.  
L. S.

Praeinsertam Fundationem illiusque administrationem cum indultu A. R. P. nostri Praepositi Provincialis acceptamus.

Nitriae die 21-a Septemb. Anno 1801.

P. Mathias a SS-o. Nomine Mariae Rector m. p.  
P. Hieronymus a S-to Joanne Bap. V Rector m. p.  
P. Leopoldus a Conceptione BMV. Director Localis m. p.  
L. S.

Eredeti. A nyitrai kegyesrendi ház levéltára.



248.

**1802. Benkő Miklós nyitrai kanonok végrendeletileg 300 forintot hagyományoz, hogy annak kamatai szorgalmas, és különösen a magyar nyelvben jó előmenetelt tanusító tanulók jutalmazására fordíttassanak.**

Status Domus Nitriensis 1805.

249.

**1802. apr. 24. Nyitraváros tanulevele a piáristák részére.**

Nos Iudex et Senatas Privilegiatae Episcopalis Inferioris Civitatis Nitriae memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit Universis; quod postquam Nobis Anno, Mense, die infra-scriptis in Praetoreo Nostro pro pertractandis quibusdam Civitatem hanc tangentibus negotiis considentibus, Admodum Reverendus Pater Mathias Kosztko Scholarum Piarum Collegii hujus Nitriensis Rector pro consequendo sincero Testimonio ad nos recurrisset, istud Suae Paternitati Admodum Reverendae extradandum duxerimus, sequentia attestando:

Quod ab Ordine Religioso Scholarum Piarum ad erudiendam in Literis et pietate Iuventutem instituto, in hujate Nitriensi Collegio, ab uno jam seculo, solertem tam tenera, quam et adultior Iuventus scholastica, in Literis institutionem, rectamque, et exemplarem in moribus educationem obtineat, hancque Parentes, et Cives hujates in acceptis referant; nec unquam observatum, aut auditum sit, ut quodpiam V. Collegii hujus, Religiosum Individuum populi Offensioni fuisset; ast potius Individua haec Religiosa exemplo, et aedificationi non tantum Iuventutis, sed et totius Civitatis fuisse, et in praesens esse.

In cujus rei majorem fidem hocce Eidem requirenti Admodum Reverendo Patri Rectori, authentico Civitatis hujus Sigillo roboratum extradamus Testimonium. Nitriae e Sessione Nostra Senatoriali die 24 Mensis Aprilis Anno Domini 1802. celebrata.

N. N. Iudex et Senatus L. S.  
P. E. infer. Cittis Nitriae

Sigatum et extradatum  
per Ioannem Faschingh  
jur. Cittis Nitt. Ord. Notarium.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Ann. Coll. Nitr. Tom. II.  
p. 417.

250.

1802. apr. 24. A nyitrai megyés püspök tanulevele a piáristák részére.

Franciscus Xaverius Fuchs. Miseratione Divina Eppus Nitriensis.

Notum facimus Tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis; quod posteaquam Reverendus Pater Mathias Kosztko Schol. Piarum Collegii Nitriensis Rector ad Nos demisse recurrisset pro consequendo conscientioso, et sincero Testimonio, istud illi extradandum esse duximus, sequentia attestando:

Quod Ordo Religiosus Scholarum Piarum ad erudiendam in Libris et Pietate Iuventutem pro utriusque Reipublicae felicitate a primordio institutus, duo tantum Domicilia intra Dioecesim nostram habeat, utpote Nitriae, et Trenchinii, ubi non modo Comitatum Nitriensis, et Trenchiniensis; verum etiam Vicinorum Solertem in Literis institutionem, rectamque in moribus educationem, signanter Nitriae, ab uno jam seculo, copiosa Iuventus obtinet, et parentes in acceptis referunt; et in quantum nobis constat, actu quoque contenti sunt: — quod autem ad eorundem Scholarum Piarum Religiosorum personalem, propriamque disciplinam attinet, illud quoque attestamur conscientiose; quod ab annis quatuordecim a Tempore Episcopalis Gubernationis Dioecesis Nostrae Nitriensis nulla unquam facta sit querela aut Relatio de eo: ut quispiam ejusdem Sacri Ordinis Religiosorum, Populi offensionis fuisset; verum illud solum (quod e privatis habemus Relationibus) adhuc desiderari pro augmento felicitatis ejusdem Sacri Ordinis: ut strictior reeducatur erga Superiores Locales, aequae ac Altiores Obedientia, et subordinatio, quam paulisper relaxasse videtur Ratio Litterarii Instituti, virtute cujus nonnulli se existimant exemptos a Patris Rectoris dispositionibus quoque religiosis, quo et privatum Peculium, nonnullis a Fundo Literario obtingens, pro privatis usibus subservit; immo nonnulli quoque arbitrantur, sibi extra septa Domus suae Religiosae, et sine socio, et absque venia sui Patris Rectoris egredi, dum lubet, posse, et redire, dum placet: — si itaque primitivus restitutus fuerit vigor religiosae obedientiae non minus ac Paupertatis, indubie Sacer Scholarum Piarum Ordo efflorescit. In quorum fidem praesentes dedimus manu nostra subscriptas, et sigillo nostro munitas, Literas

Testimoniales in Castro Nostro Episcopali Nittriensi, Die vigesima quarta, Aprilis, Anno Millesimo, Octingentesimo secundo.

Franciscus Xaverius E. N. m. p.

L. S.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Ann. Coll. Nittr. Tom. II. pp. 415—416.

251.

1802. apr. 25. Nyitravármegye tanu-levele a piáristák részére.

Infrascriptus vigore praesentium fateor, ac recognosco, quod Reverendi Patres Schol. Piarum in Collegiis tam Nittriensi, quam vero Prividiensi I. Comitatus huic Nittriensi ingremiatis constituti, in formato ad Universitatem I. Cottus hujus, mihi quae exhibito Recursu, pro eo supplices facti sint, ut cum sacer hic Ordo per quempiam non modo pro inutiles ad instituendam Patriae Iuventutem, sed et pernicioso coram Altissimo Throno Regio propositus habeatur, ac propterea per eos, quibus negotium hoc discutiendum a justissimo Terrae Principe commissum est, necessarium fore judicatum exstitisset, ut a Magistratibus, ac respectivis Superioritatibus Politicis, ubi Patres praenominati Domicilia sua habent, Testimonia super Ratione morum suorum expetant, taliaque quantocumque submittant, Eisdem praenominatorum Collegiorum Patribus requisitum idmodi Testimonium extradare velit :

Cum autem iuxta petentibus non sit denegandus assensus, Testimonium vero idmodi non prius, quam circa Dimidium affuturi Mensis Maji, ubi Incliti Status et Ordines in unum conventuri sunt, ab Universitate Cottus hujus extradare possit; hinc tum ideo, ut supranominati Patres impositae sibi Obligationi citius satisfacere valeant, tum vero, quod mihi supra viginti jam annos in variis publicis I. Cottus hujus Officiis constituto, ac majorem hujus temporis partem Nitriae residenti; tum sensus Inclitorum Statuum, et Ordinum Cottus hujus, ac ipsius etiam populi de sacro hoc Ordine, tum etiam ratio morum, ac instituendae in Literis, ac vera pietate Patriae Iuventutis apprime cognita sint, per praesentes sub fidedignitate Officii mei testor; praenominatos Patres Schol. Piarum tum ad meam privatam notitiam, tum etiam ex relatione aliorum in gremio Cottus hujus non solum probos, ac ut Religiosos decet, exemplares etiam ad Aedificationem populi mores semper prae se tulisse, ac prae se ferre; sed etiam Patriam Iuventutem huusj cumprime et vicinorum I. Comitatum, hic cumprimis

Nittriae amplo semper, pluresque centurias superato numero congregatam, non modo in Literis ac vera pietate, probisque moribus, omni possibili cum sedulitate erudire; sed etiam Iuventutem, cum primis minorem, in Hospitiis frequentius adeundo, num haec relate ad victum et munditiam debite provideatur? investigare, compertosque in his, aut etiam in aliis, relate ad domesticam in Hospitiis educationem defectus, corrigere, ac ad omnium Parentum, qui proles suas Institutioni Eorundem Patrum committunt, plenum contentum emendare. Super quibus praesens suprafatis Patribus Scholarum Piarum tam Nittriensium, quam et Prividiensium extrado fidedignum Testimonium. Nittriae die 25 Aprilis Anno 1802.

Ignatius Fabricius m. p.

SSmae Caeae et Regio Aplicae Mattis Consiliarius et I. Cottus Nittriensis Ord. Vice Comes

L. S.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Ann. Coll. Nittr. Tom. II. pp. 416—417.

252.

1802. majus 30. Özv. Csitáry szül. Balla Zsuzsánna végrendeleti hagyatéka a nyitrai k. r. kollegium részére.

Copia.

Testamentum Susannae Balla, relictæ viduae Antonii condam Csitáry.

3. Puszta Csehin, Iharon vagyon három darabb szántófödgyeim, melyekből etc. a harmadikát pedig, ugyminut 10 méczéset Páter Nittrai Piáristáknak hagyom 100 forintokba fundatiójul, ugy, hogy ezen Interestnek jövedelmébül Esztendőnként hat szent Misét szolgáltatassanak, mely földet akár mellyik Attyám-fiam le tévén a 100 fkat kezihez veheti. Ugyan ott Iharon vagyon zálogos földem Trubela szomszédságába 96 forintokba, eztet is Nittrai P. Piaristáknak szent Misékre hagyom, hogy ezen pénzért szent Miséket, minden szent Misét a Xr. 30 az én Lelkemért szolgáljanak, mely földet szüete Attyámfiaim, a Péntz Pater Piaristáknak le tévén birhassák etc.

10. Ugyan Davarcsányban Nittra folló vize mellett vagyon egy darabb Rétjem, Kazáry-féle rétjinek szomszédságába, azon rétet hagyom Örögbik Prileszky Imrének, ugy, hogy ezen Rétbül 300 R frkat szent

Misékre, és ugyan Pater Piaristáknak 150 frkat, Pater Franciscanusoknak pedig szinte 150 frkat megfizetni kötölös legyen mennél hamarébb, hogy ha pedig azon pénzt le nem tehetné, tehát kötölös legyen ezen pénzbül interest fizetni szent misékre.

11. Tormosi határnál Pereszlényi és Ohral Simon Rétjeinek szomszédságokba birok egy Rétet 200 frkba, ezen rétet hagyom Prileszky Imrének örögbiknek, ugy, hogy szent Misékre 100 frkat Pater Piaristáknak fizesse ki.

12. Zsupánszky Therezsia, Matula Antalnak hittvesse adós nekem 350 fl. azaz három száz öttven forintokkal, mellyekbül egy száz forintokat Pater Piaristáknak, száz forintokat pedig Pater Franciscánusoknak fundatiójul, hogy esztendőnként hat szent Misiket szolgáljanak minden száztul etc. hagyom. etc.

És ez az én utolsó akaratom. Nittrán die 30 Maii A-o 1802. Balla Susana m. p.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

253.

1803. márcz. 15. Nejedly József nyitrai kanonok alapítványa.

In Nomine Domini !

Infrascriptus de animae meae, pretioso Christi sanguine redemptae Salute, et felici ex hac vita, ad beatam aeternitatem transitu, prae primis sollicitus; ut mihi praevie Spiritualia Subsidia ad salutarem hunc finem, et certius, et facilius obtinendum conducentia, ex tenui quam mihi Deus benedixit substantia comparem: constituo in Ven. Collegio Rendorum Patrum Scholarum Piarum Nittriensium cum effectiva fl. 500, id est quingentorum flor. ad manus Rendi Patris praefati Collegii Nittriensis Rectoris resignatione Fundationem perpetuam cum ea obligatione: ut nimirum, in Festo S. Iosephi Tutelariorum mei Patroni singulis annis dum vixero, Missa in honorem hujus Sancti cum Collecta: Pro gratia bene moriendi in Ecclia eorundem Patrum Scholarum Piarum studiosa Iuventute concinente decantetur; post meum autem ex hac vita decessum, in vicem hujus Missae die obitus mei Anniversaria Sacrum de Requiem ad instar aliorum Anniversariorum pro defuncto Iosepho sacerdote absolvatur. Non aliud per hoc meum pium oblatum intendendo; quam ut postquam humanitatis debitum morte interveniente persolvero, ad Auctorem meum, qui me de

limo terrae formaverat, felicius revertar, sitque in pace locus meus, et habitatio mea in Sancta Sion. Nittriae 15 Martii 1803.

Joseph. Nejedly Can. Nittr. m. p.

L. S.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

254.

1803. jun. 12. A népiskola III. osztálya a gymnasiummal egyesítendő és abba áthelyezendő. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyit-  
rai gymn. igazgatónak.

Admodum Rende Pater Localis Director!

Siquidem prima Grammaticae Latinae Classis, quae hactenus est in Aedibus, et Scholis Nationalibus sub nomine Tertiae Classis, vigore introducendi novi Studiorum Systematis, inde transferenda, et caeteris Grammaticis Classibus Gymnasiorum unienda sit, ac proinde pro quatuor Grammaticae Latinae Scholis, et Annis, quatuor cubicula requirantur; medio benignogratosi dd. 24 Maii a. c. Nro 11690 emanati Intimati mihi committitur; ut nunc illico investigem: an, et ubique in loco Gymnasiorum quartum etiam cubile pro hac schola adsit? vel qua ratione, quibusve impendiis plene in hunc usum apparari possit! Habita autem notitia sine mora eatenus relationem Excelso Loco faciam.

In obsegiu igitur altiorum ordinum pta P. Vra mihi quo ocuis referendum habebit: an in loco ejus Gymnasii pro introducenda prima Grammaticae Latinae Classe necessarium cubile adsit? aut qua ratione, quibusve sumptibus in hunc usum apparari possit? Quem in finem Projecta Sumptuum in adaptationem et instructionem quarti idmodi Conclavis requisitorum per concernentes Opifices summa parsimonia confecta pta P. Vra penes adaequatam relationem mihi actutum submittenda habebit. Queis benevolentiae commendatus maueo.

Praetae P. Vrae. Posenii 12 Junii 1803.

Ad offa paratmus

C. Ios. Szápáry m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

255.

1803. aug. 24. A nyitrai megyés püspök a piáristák és az alsóvárosi plebános között fennforgó vitás kérdést szabályozza.

Reverende in Xto P. Rector!

Praesentibus advolvitur nota, ubi continentur sex puncta Regulationis, quae solícite observata, Differentiae, quae inter R. P. P. Vram, et Dnum Parochum Nitriensem Civitatis inferioris respectu usus, et conservationis Parochialis Ecclesiae S. Ladislai novissimis temporibus subversabantur, prorsus tollentur.

Spero futurum, ut in hac Regulatione nihil inveniatur R. P. P. Vrae, in quo novum esset aggravium, aut tales desiderarentur novae expensae, quas V. Collegium in Ecclesiam suam non habuit, antequam haec fuisset in usum Divinorum Parochialium per benignam Resolutionem Regiam destinata. In reliquo cum propensione persevero.

Rendae Pattis Vrae. Nitriae 24 Aug. 1803.

Addictus

Franciscus Xav. E. N. m. p.

## Nota.

Vi genuinae, et adaequatae Informationis intuitu Differentiarum inter Dnum Parochum Nitriensis civitatis inferioris, et R. P. Rectorem Collegii Scholarum Piarum respectu Ecclesiae usus, conservationisque determino sequentia:

1. Claves Ecclesiae maneant penes R. P. Rectorem, atque ab eodem conserventur extradandae, dum usus parochialis fuerit, seu Divinus cultus, verum praeter fortem seram, qua Ecclesiae porta principalis munita est, duo adhuc ferrei vectes curabuntur ab intus.

2. Cura conservationis et munditiei Ecclesiae et Sacristiae pertinet ad Dnum Parochum; solitam munditiam, quam alii Parochi disponent fieri per servitores Ecclesiae, constanter ordinabit Dnus Parochus, qui si neglexerit, Patronatus ad illius expensas procurabit: quod concernit Fabricam Ecclesiae et reparaciones, quae non facerent ultra unum, vel duos flos, procurabit Dnus Parochus ex Cassa Ecclesiae, amplioris pretii, si indilate insinuaverit Patronatui, ab eodem procura-

bitur; neglectum autem Insinuationis tempestivae, ex suo pro Poena solvet Dnus Parochus.

3. Cereos, Vinum, Hostias et Thus tantum pro usu parochialium Divinorum procurabit D. Parochus.

4. Cum iam in Ecclia S. Michaelis lumen perpetuum foveatur ante Sanctissimum, et pro secundo simili Lumine nullus datus sit fundus ad modernam Ecclesiam Parochialem S. Ladislai, hinc Dnus Parochus annue ex Cassa Ecclesiae solvat 24 fl. R. P. Rectori, qui inde procuret Lumen ante Sanctissimum.

5. Procuret Dnus Parochus sumptuum projectum faciendae duplicis Portae proportionatae infra duas Turres penes Capitalem modernam Portam Ecclesiae, ita: ut porta in Turri versus scholas fiat normalis Ingressus ad Cryptam pro sepultura Civium; in alia Turri sit Porta pro pulsu per Aedituum peragendo; uti et inde ingressu habendo ad Ecclesiam et Sacristiam. Denique

6. Similiter R. P. Rector mittat mihi sumptuum projectum pro facienda nova Porta ad Sacristiam supra Gradus, qui ex ambitu Collegii ad Transitum versus Sacristiam ducunt, cujus Portae Clavim prae manibus suis habebit R. P. Rector, pro suo, suorumque usu, quin saecularibus illuc pateat aditus ad sacristiam, ad quam deinceps praeter ministrantes pueros, et servitores Ecclae nulli permittatur accessus aut commoratio: porta vero antiqua obmurabitur. Signat: Nitrae die 23 Augusti 1803.

Fuchs püspök sajátkczü jegyzete: Ceterum Organum, quod curavi, semper manebit penes hanc Ecclesiam, etiamsi haec subinde cessaret esse parochialis.

Franciscus Xaverius F. N. m. p.

Eredeti és másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Protoc. Coll. Nitr. pp. 155—156.

256.

1803. okt. 1. A kollegium rektorának panaszára a megyés püspök eltiltja a népet a sekrestyétől.

Rende in Xto P. Rector!

Disposui cras in Parochiali Ecclesia publicari, ut Divina Parochialia frequentantes, ingrediantur per portam Ecclesiae; hinc requiro R. Patten Vram, ut profectum hujus Dispositionis meae in eo effica-



citer secundare velit; quatenus porta Collegii, seu Domus Religiosae, ante, et sub cultu Divino Parochiali, mane, et post meridiem sit clausa, ac ita etiam interior porta Sacristiae. In reliquo solita cum propensione persevero.

Rendae Pattis Vrae. Nitriae die 1. Octob. 1803.

Addictus

Fran: Xav: E. N. m. p.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Ann. Coll. Nitr. Tom. II. p. 434.

257.

1804. jul. 25. Fuchs Xav. Ferencz nyitrai püspök 1000 frtos alapítványt tesz a nyitrai k. r. kollegiumra.

Franciscus Xav. Fuchs Miseratione Divina Episcopus Nittriensis, Sacr. Caes. et Reg. Ap. Majestatis Actualis Intimus Status Consiliarius.

Memoriae commendamus Tenore praesentium significantes, quibus expedit universis: quod, posteaquam Divina Providentia disponente, Sua Sacra, Caesarea, et Regio-Apostolica Majestas neo-erectum Archiepiscopatum Agriensem Nobis benigne contulisset, peracta etiam jam die Quinta praesentis Mensis Camerali Installatione, nunc id, quod dudum concepimus, perficiendum esse decrevimus: nempe ad majorem Dei Gloriam, et in Honorem Sancti Francisci Xaverii Indiarum Apostoli, et Patroni Nostri, ac pro anima Nostra, unum Sacrum Cantatum, velut votivum singulis annis celebrandum, aut die Tertia Decembris, aut intra Festi hujus octavam in Ecclesia RR. PP. Piaristarum Nitriae, quem in finem sub hodierno disposuimus, R. P. Rectori enumerandos 1000 fl. seu Mille florenos Rhenenses, uti Capitale perpetuum, securo loco elocandum, cujus annuus obtingens Census cedat in usus ejusdem Religiosae Domus Nittriensis. Dabamus in Castro Nostro Episcopali Nitriae, die vigesima Quinta Iulii, Anno Domini Millesimo Octingentesimo Quarto.

Franciscus Xaverius Eppus m. p.

L. S.

Ad Gratosum Suae Excelliae Eppalis

Mandatum Georg. Tvrdy m. p.

Caeremoniarius Eppalis.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

258.

**1806. márcz. 8. Gyattel Antal nyitrai nagyprépost végrendeleti hagyatéka.**

Nota.

Vigore Reverendissimi condam Domini Praepositi Majoris et Canonici Nitriensis Antonii Gyattel Testamentariae Dispositionis signanter Puncti 4. §. 8. quod sic habet :

„Collegio Scholarum Piarum Nitriensi (si Intentionem hanc in vivis non explevero) lego Flos 600, erga tria lecta Sacra. Ex his unum absolvatur sub initium Anni scholastici, pro recta, et sancta Educatione Scholasticae Iuventutis, alterum sub finem Anni scholastici pro Defunctis in Gymnasio Nitriensi olim Moderatoribus. Tertium pro me in Anniversario obitus Ritu currente. Volo autem ut his Missae Sacrificiis Rendi Patres Professores cum sua studiosa Iuventute intersint, et in Locum Cantus, Coronam Marianam cum Mysteriis clara voce absolvant.“

Praeattacti legati fui 600 huic accluduntur. (Aláírás nélkül)

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

259.

**1806. jun. 9. Nozdroviczky István ker. táblai ülnök alapítványa a piáristák számára.**

Infrascriptus hisce recognosco, quod a Spbli, ac Perillustri Domino Stephano Nozdroviczky de Eadem I. Tabulae Districtus Cis-Danub. Iudriae Primar: Assessore Litteras Obligatoriales activas quidem Suae Dominationis Spblis, passivas vero Excellmi, ac Illmi Dni C. Iosephi Brunszvik de Korompa Tavern. Reg. Mgri (Titt) sub dd. Budae 28. April 1806. super Rfnis bis mille, et Interesse p. 6. a 100 editas, ac in Religiosam Scholarum Piarum Domum Nitriensem, per tltum Dnum Creditorem omni cum jure, et Actoratu vigore supra scriptae iisdem cessionis translatas, eum in fuem, eoque cum obligamine, ad rationem dictae Domus Nitriensis, et totius etiam Provinciae, gubernationi meae subjectae ad manus meas receperim, ut annum Capitalis ejusdem perpetuae instar Foundationis intacte semper, et in sua integritate

asservandi Interesse in sublevamen quotidianarum in Eadem Domo Nitriensi degentium Ordinis ejusdem Religiosorum, praesertim autem eorum, qui Institutioni Juventutis Scholasticae operam tum navaturi sunt, necessitatum, discreto Superioritatis arbitrio convertatur; iidemque Domus ejusdem Religiosi annis singulis a Dato obligatorialium computandis duodecim lecta Missae Sacrificia singulorum utpote Mense singulo pro salute mea, Antenatorum, et Germanorum meorum animarum offerant, et celebrent, ac ea quoque plenaria potestate per tllum Dnum Fundatorem attributa, ut ad Casum attactae Domus Nitriensis ab Instituto Scholarum Piarum quali quali ratione adimendae, Religiosorumque ex ea emigrationis, Capitale hoc in aliam, ejusdem tamen Instituti Domum judicio Superioritatis suae cum praeattactis beneficiis juxta ac oneribus transferatur: ad omnem demum abolitionis totius Instituti et Ordinis mei casum, Capitalis hujus cum eo, quod tunc restabit Interesse tota quanta proprietas, et dominium cedat Individuis Ordinis Domum eandem eorum inhabitaturis inter Eadem repartendi, et habendi. Pro qua Spblis Dnationis Suae munificentia Nomine et ex parte antelatae Ordinis mei Domus Nitriensis, et totius adeo Provinciae ad praepositam Spblis Dni Fundatoris piam Intentionem ex Amussi et adaequate continuis deinceps temporibus adimplendam, me, meosque in strictissima Iuris forma oblijo. Datum Tyrnaviae die 9. Junii A-o 1806.

Ignatius Egerváry m. p.

Scholarum Piarum per Hung. et Transsilvaniam Provincialis.

L. S.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

260.

1806. jul. 22. Az új tanrendszer behozatala ügyében. A pozsony-tank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Gymnasii Director!

Bguo graoso dd. 1 Julii a. h. Nro. 12089 emanato Intimato sequentia mihi significantur: quod cum vigore novi Studiorum Systematis cum anno proximo scholastico inducendi, cursus Scholarum Grammaticarum quadriennis futurus, ac proinde Classis illa elementaris Linguae latinae, quae hactenus erat in Scholis Nationalibus, ad alias latinas cum sua dotatione transferenda sit, necesse sit.

1. Ut cubiculum unum, quod jam alias fuit intimatum, in aedi-

ficio scholarum latinarum apparetur; donec autem hoc fieri possit, praedicta classis in loco moderno sub cura Directionis Scholarum latinarum doceatur.

2. Magistri classis illius elementaris, si caeterum Iudicio Localis Directoris Gymnasii sint idonei, simul etiam transferantur cum praehabito salario, secus pro novo Individuo facienda sit propositio.

3. Quia vero tertia illa Scholarum Nationalium classis, seu elementaris Latina, in talibus etiam quibusdam locis existit, in quibus Scholae Grammaticae Latinae non sunt, ideo fas sit, eam pro majore puerorum, Parentumque commodo, ac sumptuum compendio ultro quoque suo in statu retinere, et normae studiorum primo Grammatices anno praescriptorum adcommodare, si per se subsistat, et nullum e Communi scholarum publicarum Aerario subsidium habeat, deposcatque, secus enim claudi, desinereque illam oportebit. Porro accessus e tali Schola sibimet relicta ad II. proxime Grammaticae Classem iis duntaxat patebit, qui se probe instructos esse, facto coram Directore Gymnasii, et II. Classis Magistro Grammatico Tentamine demonstraverint.

In cujus sequelam Praetiae P. Vrae committendum habeo, ut elementaris latina Classis interea in moderno Loco sub Directione Praetiae P. Vrae doceatur, pro apparando autem in Scholarum Latinarum Aedificio praefereuter novae hujus Scholae Cubili nova sumptuum projecta, habita parsimoniae ratione conficienda, quo ocyus mihi exhibeantur, per me Excelso Loco submittenda, usquedum circa propositam Anno 1803 totius aedificii Gymnasialis reparationem suo tempore necessaria sumptuum projecta altius substerni, et resolutio eate nus expeti potuerit.

Porro, ut Praetta P. Vra mihi referat: num Magister classis illius elementaris ad docendam in Gymnasio novam latinam Scholam idoneus sit, et an eorsum rite transferri possit? quis item adhuc e Magistris Scholarum Nationalium Iudicio Praetiae P. Vrae peraeque idoneus sit?

Denique, ut adolescentes e III. Scholarum Nationalium Classe in locis, in quibus nimirum Scholae Grammaticae non existunt, permanente, venientes, ad ascensum ad II. Grammaticae classem nonnisi praevia ratione examinati, et probe instructi admittantur. Queis benevolentiae commendatus maneo Praetiae P. Vrae.

Posonii die 22 Iulii 1806.

Ad offa paratmus  
C. Ios. Szápáry m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

261.

1806. nov. 5. Bresztyenszky Ker. János nyitrai kanonok végrendeleti hagyatéka.

Copia.

Ex Testamentaria dispositione dd. 5. Nov. 1806. Rssmi Dni Ioannis Bap. Bresztyenszky Can. Nittr. die 15. ejusdem mensis Novembris et anni ex hac vita decedentis.

„N-o. 24. V. Collegio PP. Piaristarum Nittriensium ibidem lego fl. 50 similiter per modum Foundationis erga unum Sacrum quotannis pro me celebrandum“.

In quorum fidem subscribo Nittriae 29 Xbris 1806.

Iosephus Schedy m. p.  
C. N. Testam. Co-Executor.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

262.

1807. julius 1. Szánthó Béla alapítványa.

Infrascriptus praesentium per vigorem fateor et recognosco: quod Ego ad contestandam sinceram, qua Venerabili Nittriensi Scholarum Piarum Collegio, per cujus membra inde ab Elementaribus Scholis inclusive usque Poësim, ex qua ad Alumnatum Venerabilis S. Emerici Seminarii Poseniensis assumptus sum, Litterarum Studiis eruditus fueram, me multum obstrictum lubens, profiteor, Gratitudinem, ex tenui mea, quam Divina Majestas mihi hactenus largiri dignata est substantia, eidem Ven. Collegio in forma perpetuae Foundationis Capitale fnozum ducentorum assignaverim, et obligaverim sequentibus sub conditionibus:

3. Ut praefatum V. Collegium annue duo lecta Missae Sacrificia, unum quidem pro vivis, alterum pro defunctis Familiae meae utriusque sexus Personis celebrare teneatur.

In quorum fidem ac Robur has propria syngrapha usualique meo sigillo munitas dedi Litteras Obligatorio-Fundationales. Pann die 1. Julij Anno Domini 1807.

Adalbertus Szánthó m. p.  
I. Cottus Nittriensis Tlae Iudriae Assessor.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

1808. junius 24. Schedy József nyitrai kanonok alapítványa két tanuló ruházására.

In Nomine Domini!

Postquam e Divina Miserentis DEI Benedictione mihi peccatori et immerito collata, tantam Substantiolam penes parsimoniam colligere potuissem, ut ultra necessitates meas proximum quoque meum Ope indigum, et signanter pauperiores Studiosos, de quorum in Studiis progressu, et morum probitate mihi constabat, ex illa participes toto Vitae meae Ecclesiasticae tempore semper reddere studuerim, et sincere porro etiam et in futurum juvare intendam; — hinc, ut ad Majorem Gloriam Dei, cujus Munere collecta est, Substantiola mea convertatur, et ego Intentionum mearum in Laudem DEI et Salutem Animae meae Bonique publici promovendi directarum, adhuc Vivens Successum videam, et Spiritualem fructum ex Orationibus eorum, quibus profuturus sum, vita comite capiam, sub dato hodierno, pro futuris temporibus (Siquidem pro anno Currente Scholastico 1807/8 competeas florum 1000 pro Iuvenibus duobus vestiendis Interusurium persolvissim) effective resigno VCollegio Scholarum Piarum flos 1000 idest florenos Rhenenses Mille erga sex a Centum elocatos eum in finem, ut ex Censu horum florum 1000 obveniente, R. P. Director Gymnasii Nitriensis pro Cura et fatigio suo participet flos 5, idest florenos quinque, ex residuo vero Censu, ab his florenis Mille annue proveniente, Iuvenes duos Pauperum Parentum, aut Orphanos et omni Ope destitutos, qui in Gymnasio isto Scholas frequentabunt, seque Talentis, in Studiis progressu et morum probitate distingvent, et in Spes Patriae succrescere observabuntur, aequali vestitu, condecenter, prout Summa Census suffecerit, annue vestiat.

Selectum horum duorum Iuvenum, esto me Superstite plene defero A. R. P. VCollegii Nitriensis Rectori, et R. P. Locali Directori, ut quos illi hoc Beneficio dignos censuerint, hos deligant, nec ullam Me vivente in hoc delectu meorum Cognatorum seu Agnatorum habeant considerationem, cupio tamen, ut post decessum meum ex hac vita, si quis ex Cognationo mea pauper in hoc Gymnasio Nitriensi Scholas frequentaret, et se Talentis, progressu in Litteris, Morum probitate, hoc Beneficio dignum redderet, eius ratio praeferenter habeatur. — Si quis vero eorum, cui Beneficium isthoc per A. R. P. Rectorem et R. P.

Directorem collatum fuerit, quocunque ex capite, sive ex defectu seriae applicationis ad Studia, sive ex defectu Moralitatis se per decursum anni unius indignum redderet, ab hoc Beneficio removeatur, et alter dignus substituatur.

Pro Beneficio hoc ab his duobus Iuuenibus vestiendis nihil ego desidero aliud, quam ut preces illas, quae salutari et pia ex institutione VCollegii Nitriensis Scholarum Piarum Superioritatis Iuvenes fundati orare debent, pro benefactoribus, devote pro me quoque peccatore persolvant, et deinceps quoque pie sint memores.

Ut piae huius meae Intentionis implementum VCollegium Nitriense Scholarum Piarum benevole et grato animo assumere ac in perpetuum exequi non dediguetur, impense oro. Nitriae die 24-a Iunii Anno 1808.

Josephus Schedy m. p. Praep. BMV.  
de Majk, Can. Nittr. et Archi. Diac. Trench.  
L. S.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

264.

**1809. aug. 19. Az egész kollegiumnak katonai kórházzá való átalakítása és a piáristák kiköltöztetése iránt.**

Siquidem Sua Excellentia D. Stephanus Végh Supremus Comissariatatus Provincialis Director mediantibus duplicis Ordinis die 16. et 17. Mensis Augusti a. c. exaratis literis insinuet incremente infirmorum Militarium, cui recipiendo Aedes Tyrnaviae iam minus sufficienti numero, in concertatione cum interventu Excellentissimi Dni Comitis Tavernici, ac aliorum ex parte Excelsi Consilii Regii exmissorum Consiliariorum praehabito, ac accedente etiam Altissimo Annutu id in specie stabilitum haberi, ut ubicunque Aedes Religiosorum, Seminariorum, et Gymnasiorum accomodae adinventae fuerint, hae penes accelerandam Iuventutis seu Seminarsialis, seu Scholasticae dimissionem, penes suscipiendam item Religiosorum ad arctissimam in eodem conventu contractionem, vel vero opportunam ad alium seu localem, seu vicinum conventum translocationem, pro praementionato usu destinentur, et emergente necessitatis casu Statui Militari interimiter resignentur. Et quia Status Militaris signanter in hujate Eppali Civitate Nitriensi complures idmodi Aedes omni modo opportunas dari proposuisset, ex parte Praetae Suae Excellentiae, ut praeter aedificium Seminariale unum

e duobus localibus conventibus, et in specie illud, quod pluribus, vel amplioribus commoditatibus provisum esset, in usus nosocomiales cedatur, accessum esset. Licet quidem ex contextu praeallatarum Literarum Suam Illustritatem Eppalem eatenus iam edoctam esse appareat; quia vero Eadem Sua Illtas pro nunc abesset, et aegroti hi milites prope diem venturi sint; ex hoc igitur incidenti, siquidem Aedificium Seminariale ad Categoriā destinationis pro Xenodochio poneretur; originalium harum literarum erga immediatam remissionem communicatio cum Rdissimo Dno Vicario, medio Dni Antonii Székely hodierna die in Nosocomii Commissarium constituti facienda decreta fuit. Et, siquidem e duobis hic praexistentibus localibus Conventibus aedes tales ad usus hos nosocomiales, quae pluribus, amplioribusque commoditatibus provisae forent, destinari peterentur; pro talibus autem usibus, seu recipiendis aegrotis militibus prope diem isthuc promovendis prae Aedibus Conventualibus PP. Franciscanorum, velut intra domos reciusis, et libero aëri minus expositis partim ideo, partim vero, quod actu depositorium panis ibi praexisteret, Patresque Franciscani Administratores insuper Parochiae forent, adeoque Nosocomio ibi constituto ipse cultus Divinus non debite administraretur; Aedes Collegiales PP. Piaristarum pro praeinsinuatīs usibus aptissimae isthic statuerentur, potissimum ex eo, quod aedes hae compluribus commoditatibus provisae forent, quod ibi iam effective Nosocomium militare praexistat, adeoque infirmorum in una eademque contiguitate concentratio, et opportunissima, et commodissima sit futura; quod item aedes hae aëri libero, adeoque magis pervio expositae sint, ac taliter malum contagionis morborum facilius praeverti possit, eapropter Aedes praemissae Collegiales pro usibus Nosocomialibus destinatae, et hodierna die declaratae sunt; hocque ipsum Patri Rectori propter Collegialis hujus Aedificii evacuationem, sui que aliorum translocationem insinuatū fuit. Sign. et extradatum per Valentinum Brogyanyi I. Cottus Nitr. Iur. N. Notarium.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Protoc. Coll. Nitr. pp. 222—224.



265.

1809. aug. 19. A nyitrai püspök a piaristák ideiglenes elhelyezése iránt való tanácskozáásra a kollegium rektorát és a ferenczrendiek gvardiánját Radosnára hívja.

Reverende in Xto P. Rector!

Urgentissima ratio est, propter quam cum Paternitate Vra quo ocius constitui, ac de maioris attentionis negotio cum Eadem concertare debeo. Quo circa de rebus suis ita instantanee disponere velit, ut cointelligenter se habendo cum Patre Franciscanorum Quardiano cras inomisse horis ante meridianis cum eodem Radosnae adesse possit. In reliquo solita cum propensione persevero. Radosnae 19. Aug. 1809.

Sincere Addictus  
Iosephus Eppus Nitr.

Másolat. A nyitrai k. r. báz levéltára. Protoc. Coll. Nitr. pp. 224—225.

266.

1809. nov. 3. Oly helyeken, hol az iskolai épületek katonai kórházak részére vannak lefoglalva, az iskolák magánházakban nyitandók meg. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.

Admodum Reverende Pater Localis Gymnasii Director!

Ea Suae Mattis SSmae benigna ordinatione Regia praeeistente, ut in omnibus iis etiam Locis, ubi Aedificia Scholarum pro Nosocomiis Militaribus destinantur, aut effective occupantur, revertente anno Scholastico, Iuventus assumptis pro eo privatorum quoque Domibus, per Ordinarios suos Professores in Studiis altme praescriptis ininterrupte erudiat, erga factam per me Exc. Loco demonstrationem b. g. dd. 24 Octobris a. c. Nro 19012 emanato Intimato rescribitur: effectum expositae Resolutionis Regiae, in hoc quoque Loco adaequate procurandum, et si gratuita Cessiones in Civitate Nitriensi eatenus sui quoque causa per me ipsum provocanda, ad fovendum Literarium In-

stitutum obtineri non possent, erga moderatum quoque censum cubicula pro scholis in privatorum Domibus conducenda venire.

Ad obtinendum itaque praemissorum effectum, Ampl. Magistratum sub hodierno requiro: et, quantum Aedificium Scholarum in eadem Civitate pro Nosocomio Militari occupatum sit, eas in cointelligentia quoque Praetae P. Vrae dispositiones actutum facere velit, ut necessaria pro Scholis Gymnasii cubicula in privatorum etiam Domibus, si non gratuito, erga moderatum Censum conducantur, et efficaci Ampli Magistratus collaboratione in eum ponantur statum, ut Institutio publica, primo, quo fieri poterit tempore in iis pertractari valeat.

Praetae vero P. Vrae commendo: ut una cum PP. Professoribus Officii sui partibus haud desit, omnemque suam curam eo convertat, ne Iuventus dilabatur, verum institutio in assignatis praemissa ratione commoditatibus suum, primo, quo licuerit tempore, capiat exordium, mihi que eatenus relatio praestetur. Quis benevolentiae commendatus maneo.

Praetae P. Vrae. Posonii 3. 9bris 1809.

Ad offa paratmus  
C. Ios. Szápáry m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

267.

**1809. nov. 5. Kluch József megyés püspök levele a kollegium rektorához az iskolák iránt.**

Reverende Pater Rector!

Commisi quidem nuper Praefecto meo, ut aedificii Domus Civicae, et Scholarum nationalium evacuationem, quod Iudex Nobilium D. Biróczy omnimode in se recepit, apud Eundem adurgeat. Interea pro rerum militarium in iisdem aedificijs depositarum, si alter locus inveniri denique non potuerit, ne evacuatio adhaereat, mea Superioris Civitatis Currulia pro Depositorio resolveri, simul ac portis, serisque pro securitate muniri disposui.

An, et quid fiat? vel factum jam sit? non scio. Ut tamen fiat, Reverendae Paternitatis Vestrae pro eo conatum, operamque requiro. Perinde etiam pro curandis interimaliter necessarijs scamis eundem Dominum Iudicem Nobilium assecurantem porro adurgendum commendo: an vero aliquid, et quid factum sit? informari subinde peto.

Si enim aedificijs etiam evacuatis, in curandis scamnis pertinaciter nefors adhaerent, ne in ijs, quae salutariter intendimus, moras et impedimenta patiamur, malo de meo resolvere, et penes Reverendae Paternitatis Vestrae directionem eadem curare: Reposita et oblivioni quodammodo data hac sterili hominum cogitandi ratione.

Sensum et informationem ulteriorem praestolor, et orationum suffragijs commendatus constanti propensione persisto.

Reverendae Paternitatis Vestrae.

Radosnae die 5. 9bris 1809.

Sincero addictus

Iosephus Eppus Nitriensis m. p.

Kivül. Reverendo in Xto Patri Andreae Géczy e Scholis Piis V. Collegii Nitriensis Rectori. Nitriam.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

268.

1809. nov. 14. A m. kir. Helytartótanács Nyitravármegye, de különösen a nyitrai püspök többszöri szorgalmazására megengedi, hogy iskolánk idegen helyiségekben decz. hó 1-én megnyittassék.

Illustris, plurimum Reverende Amice!

Illustrissime, ac Reverendissime Dne Episcopo!

Nobis Observandissime!

Quoad Aedes pro Scholis Nitrae continuandis exquisitas, et quoad factas intuitu Docentium dispositiones liberalem Praetae D. Vrae Sollicitudinem sub 5. currentis mensis remonstratam summa cum complacentia intelexit Consilium hoc Little Regium; de qua provincia Praetae D. Vrae abhinc delata intermedio tempore iam et Cottus Nitriensis pro sui directione, et Provincialis Piaristarum fine mox mittendorum Docentium, ac denique Superior Studiorum Director scopo faciendae publicationis edocebuntur. Caeterum et sub hodierno tam Cottui, quam et Pisoniensi superiori Studiorum Directori fine publicationis inchoandarum cum 1 Decembris Nitriae Scholarum congruo informari, ac Provincialis Piaristarum susceptas hoc in merito per Praetam D. Vram dispositiones eo addito notas reddi, ut reflexe ad priorem dispositionem, seu illa, seu moderna per Praetam D. Vram proposita ratione de Do-

centibus ocyus provideat, et quae disposuerit, Praetae D. Vrae statim referat: provisione apud hunc non minus, ac Superiorem Studiorum Directorem etiam facta, ut ex capite numerosae ibidem militiae, circa quam praesentibus adjunctis seu minuendum, seu alio dislocandum nullum suppetit remedium, ratione moralitatis Studiosae Iuventutis peculiaris per Docentes vigilantia et instantanea etiam pro re nata ad praeventendam immoralitatem congruo tamen discretoque modo exequenda remedia adhibeantur. Datum ex Consilio Regio Lttli Hungarico Budae die 14 Novembris anno 1809. celebrato.

Praetae D. Vrae.

Ad officia paratus paratissimi  
Iosephus Comes Brunszvik  
Franciscus Darvas  
Ioannes Gyurikovits.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Protoc. Coll. Nitr. pp. 242--243.

269.

1809. nov. 28. A kegyestanítórend főnöke értesíti a nyitrai püspököt, hogy a megnyiló tanév elejére, tanerőkről a lehetőség szerint gondoskodott.

Illustrissime ac Reverendissime Dne Praesul!  
Domine Gratosissime!

In obsequium B. Gratosi Intimati Regii de dato 14 Novembris a. c. Nro 20663 emanati Plano per Illustritatem Vram Excelso Consilio Regio Lttli proposito conformiter pro docendis Nitriae Scholis, eosdem Ordinis mei Religiosos constitui Professores, qui iam ibi existentes Theologiae partim docendae, partim discendae destinati fuerint.

Quod dum Illustritati Vrae de B. Gratoso Excelsi Consilii Regii Iussu humillime refero, et tam me, quam et Institutum meum Gratosis Favoribus, et Protectioni Illustritatis Vrae demisse commendo, omni cum veneratione maneo.

Illustritatis Vrae. Pestini die 28. Novembris 1809.

Humillimus servus  
Martinus Bolla m. p. S. P.  
Vicarius Provincialis.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Protoc. Coll. Nitr. p. 243.

1809. decz. 2. Végh István főbiztos a kegyesrendiek templomát is kórházzal kéri a megyés püspöktől.

Illustrissime, ac Reverendissime D. Episcopo ! Domine singulariter colendissime !

In gravissimam sollicitudinem coniectus sum ex relatione Nosocomialis Directionis ad exercitum Illerianum pertinentis eidemque superstructa I. Cottus Nitriensis momentissima desuper facta, mihiq; per exmissum Deputatum suum exhibita remoustratione, quod nimore aggregato in Eppali Civitate Nitriensi infirmorum militum numero, postquam iam nec ipsi ambitus, et extrema in cubiculis Nosocomii eiatis aegrotorum constrictio ad illorum receptionem, et accommodationem sufficerent, summum periculum propagandae in totum localem populum epidemiae immineat, nec secus evitabile sit, nisi deficientibus iam omnibus aliis adminiculis Ecclesia Piaristarum Nitriensium pro usibus infirmorum in subsidium vocetur.

Quanto difficilius mihi accidit in tali passu ubi de convertendis in usus profanos Sacris aedibus negotium vertitur auxiliatricem porrigere manum, tanto fortiora praesenti in casu pro eo suppetunt fundamenta ; ut dum de salvandis a contagionis periculo millibus hominum ageretur, ad talia media regressus fiat, quaeque ad urgendam praesentaneam necessitatem subservire possunt.

Detectae insuper circumstantiae sat, superque pandunt necessitatem hanc reapse urgentissimam evasisse. Investigatis enim per statum militarem in tota late patente vicinia Localitatibus ad plurium milliarium distantiam nullum prorsus aedificium reperibile est, quod uni, aut pluribus erigendis filialibus Nosocomiis deservire posset. Ut vero in ipsis Possessionibus infirmi ad Domos Colonorum illocentur, tristium hujus sequelarum vividissimum exemplum praestant possessiones Molnos et Aba-Lehota, ubi integros iam Communitates contagione prostratas antelatus Comitatus querulatur. De insufficientia tandem accomodationis in ipsa Civitate Nitriensi evidens testimonium praebet, infirmorum cum proprio vitae discrimine coarctatio.

In hoc rerum situ cum pro accomodatione infirmorum nullus alter locus Nitriae suppetat, accedat praeter ea et id, quod quaestionata Ecclesia hic, et nunc ipso populo ob viciniam Nosocomii accessum eiusdem abhorrente caeteroquin extra usum administrandorum sacrorum

constituatur: Illustritatem Vram quam impensissime interpellare necessitor, quatenus perpensa subversantium momentorum, ac indispensabilis necessitatis gravitate, Nitriensem Piaristarum Ecclesiam pro Nosocomio infirmorum militum cedere, et concernenti nosocomiorum directioni actutum resignare dignetur. Ilac enim sola ratione efficietur, ut procurata varius collocandorum nunc constrictim haerentium aegrotorum commoditate his ipsis quidem requisitum recuperandae valetudinis auxilium praestari, Localis autem Populus metu propagandae Epidemiae liberari valeat.

Cuius intuitu, dum me medio ocyus recipiendi ab Illustritate Vra responsi certiozem reddi expeterem, in reliquo distincta cum aestimatione maneo.

Illustritatis Vestrae. Posonii die 2 Decembris 1809.

Obligatissimus servus  
Stephanus Végh.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Protoc. Coll. Nitr. pp. 247—248.

271.

1809. decz. 4. Géczy András rektor elpanaszolja Roszinszky János kanonoknak, hogy a piáristák legutolsó holmija is kitiltatott a kollegiumból.

Reverendissime Domine Canonice et Archi-Diacone!  
Dne mihi Gratosissime!

Illustrissimo Dno Episcopo ex officio significatum esse non dubito; quid nobiscum Nitriae 1. 2. et 3. huius mensis actum sit. Insatiabiles calamitatibus alienis homines quiescere noluerunt, usque dum extremas etiam aedium, rerumque nostrarum reliquias in holocaustum sacrificaremus. Decretum est a Publico Nitriensi; ut Bibliothecam Collegii, ac Gymnasii Archivum, oratorii ac Sacristiae, meique cubiculi ac Directoratus Supellectilem in Ecclesiam coniiciamus, et intra 48 horas haec omnia vacua pro infirmis militibus resignemus.

Iam hodie haec omnia in cumulo iacent, et infirmis plena sunt conclavia. Nihil suspirabam, nihil desiderabam aliud, quam ut ex fluvio

Lethe bibere possem, ut sic omnium, quae habuimus obliviscerem etc.

Reverendissime D. Vrae.

Nitriae die 4 Decembris 1809.

Humillimus servus et cultor  
Andreas Géczy m. p. e S. P. Rector.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Protoc. Coll. Nitr. pp. 244—245.

272.

**1809. decz. 7. A nyitrai püspök a piáristák templomának átengedése ügyében tagadólag válaszol a főbiztosnak s erélyes szavakban nyilatkozik a kórház igazgatóságának eljárása fölött.**

Excellentissime etc. etc.

Scio Excellentiam Vestram post acceptas de angusto militarium infirmorum Nitriae statu informationes ad petendam pro iis Piaristarum Ecclesiam pro Suo in rebus Dei caute, et conscientiose tractandis zelo nonnisi invitam quodammodo processisse.

Et si denique tam tristis esset, qualis Excellentiae Vrae descriptus est aegrotorum militarium situs, si nullus alius pro hoc corrigendo locus, et modus, si proinde tanta huius Ecclesiae pro iisdem resignandae necessitas, ut resignatio haec, et recuperandae pro aegrotis valetudinis, conservandaeque vitae auxilium, et pro avertendo a populo Nitriensi epidemiae metu, ac periculo unicum remedium sit, eandem quamprimum evacuari, et quoad fieri potest, praevie evacuatam Iurisdictioni militari resignare nihil difficultarem. Cedendum enim esset temporis, ac necessitati, cum potiora nobis esse debeant viva, quam materialia, et in se muta reparabiliaque Dei Templi.

Sed postquam in vicinia adest duplex vastum aedificium, Claustrum, nempe, et Templum in Elefánth olim Paulinorum; istud quidem nullius, illud vero solius arendatoris usui deserviens, et sua capacitate, si non superans, certe cum Nitriensi et Seminario, et Piaristarum Collegio, adjacenteque huic Ecclesia valde comparabile: ad omnium admirationem est; quinam fieri potuerit, ut omnia Nitriensia publicorum Institutorum aedificia, utpote Seminarium Cleri Iunioris, Collegium Piaristarum, Conventus, Scholares aedes occupata sint, et adhuc etiam

Ecclesia velut necessaria occupari deberet: in Elefánth autem omnia, nec utilia, nec necessaria, salva tamen, et vacua persistent? licet enim mense Septembri aliqua infirmorum pars illuc promotam fuerit, exiguum tamen tempore mansit, mox iterum alio translata, et aedificia penitus evacuata. Nulla forte alia ex causa, quam quod militares infirmorum curatores, seposito omni publicae utilitatis et commodi bono, in aedificiis selectum et partialitatem observantes suis potius privatis commoditatibus studeant.

Praeter praemissa Elefanthensia Aedificia vacua, persuaderi non possum, quod Leopoldopoli multae commoditates recipiendis infirmis idoneae non reperiantur. Conventus Franciscanorum Sancto-Catharinensis in vicinia Tyrnaviensi ad notitiam meam una cum Ecclesia et capax et vacuus est.

Horum omnium, quae vacua, et inania sunt, neque contagionis tam late spargendae periculum habent, occupatione militarium infirmorum angustiis, si quae tantae sunt, praeferebantur esset succurrendum; tamdiu autem de Ecclesiis cultui divino necessariis, et actu servientibus attingendis nec cogitandum. Sola enim, et unica ad id sufficiens causa esse potest, extrema, et inevitabilis necessitas, quae profecto non est, donec alia ad eundem finem loca suppetunt.

Sed de Ecclesia Piaristarum, de qua agitur, praeterquam, quod non videam, qualis illic, et qualium infirmorum accommodatio hoc hyberno iam tempore sperari possit; dignetur Excellentia Vra etiam ad id, gratiose reflectere, quod illa non tantum Studiosae Iuventutis usui, et devotioni serviat, et servire soleat, sed pro tota inferiore Civitate Nitriensi Parochialis sit. Quod si resignari deberet, quomodo totus hujus Civitatis populus, cum superioris civitatis populo in una, eademque hujus alterius parochiali Franciscanorum nempe Ecclesia compiugi, concentrarique, quando illa per illocatos infirmos in squallorem, et desolationem redigenda recipi, et usui servire poterit? Quis suppellectilis ex ea exportandae idoneus locus? quae ex hac evacuatione in eadem suppellectili damna? quis et unde totius Ecclesiae deformandae reformationis sumptus? Patres Piaristae, quorum paupertas notoria est, per id, quod omnibus etiam residuis, in quibus Bibliothecam et Archivum repositum habebant, angulis recentissime ad praevium Dioecesaevae, Militaris item, et Politicae Jurisdictionis proxime praeteritis diebus celebratae conclusum, infirmorum causa exclusi, nec quidquam praeter Ecclesiam integrum habentes, de suo exules, sub alienis tectis restricti Inquilinos agere cogantur, satis, superque patiuntur.

Excellentissime Domine! omnia jam Nitriae plena sunt; nihil omnino superflui, nihil, quod absque publico defectu, et perturbatione



cedi possit. Unicus ex publicis aedificiis restat Conventus PP. Franciscanorum. Sed iste ipse est Superioris Civitatis Parochia, angustus praeterea, et exguis cubiculis constat. Praebet insuper satis constrictum hospitium exulibus Piaristis ad continuandas ex Exc. Consilii ordinatione Scholas summe necessariis. Si et iste forte cedi deberet, quo se verterent hi Presbyteri? partim curae animarum providendae, partim Iuventuti scholasticae informandae adeo necessariis? Istis profecto gravis calamitas, militaribus autem infirmis exigua commoditas per id accederet. Omnia inquam ibi plena sunt partim sanis, partim infirmis, et Civibus, et Militibus adeo, ut quas Domos pro Scholis continuandis ex mente et dispositione Exc. Consilii Lttlis Regii destinavi, usque nunc a Militibus vacuas habere non possim. In hoc situ infelicis Nitriae tanto militiae numero, qui alias pluribus Comitatibus gravandis sufficeret, in quintum jam mensem pressae, et tantum non oppressae, praeterea ex aucto militarium infirmorum numero delato epidemiae malo jam periclitanti, et ex eodem augendo magis adhuc periclitaturae, apud Excellentiam Vram pro eo plena fiducia intercedo; ut non tantum nullum in Civitate hac pro infirmis locum, et omnium minime Ecclesiam desiderare, sed potius omnem eo militarium infirmorum administrationem viis et modis efficacibus gratiose avertere, et ad alia magis idonea, et calamitatum inexperta loco inviare dignetur. Sufficiat Nitriae praesens malum suum postremi belli triste documentum; Haec habeo ad inexpectatas Excellentiae Vrae die 2 Decembris ad me dimissas, et hesternae die Radosnam perlatas literas.

Deus misericordiarum Dominus alleviet sortem nostram, et curas Excellentiae Vrae, cujus pretiosis favoribus commendatus singulari cultu persisto.

Excellentiae Vrae.

Radosnae die 7. Decembris 1809.

Osequiosissimus servus  
Iosephus Kluch Eppus Nitr.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Protoc. Coll. Nitr. pp. 248—251.

273.

1809. decz. 17. Végh István főbiztos értesíti a nyitrai püspököt, hogy kéntelen volt a piáristák tempломát is kórházul lefoglalni.

Illustrissime, ac Reverendissime D. Episcopo!  
Mihi singulariter Colendissime!

Quanto dolori mihi cesserit ingrata illa provincia, ut propositio de convertenda in nosocomium Ecclesia PP. Piaristarum Nitriensium facta cum influxu meo promoveretur, sufficiens eius testimonium me in requisitione mea de 2 labentis ad Illustritatem Vram directa prae-buisse, nec ipsa Illustritas Vra inficiabitur. Prout vero ad ipsam hanc destinationem pro casu duntaxat extreme urgentis necessitatis, nulloque alio pro tantopere necessaria copiosorum aegrotorum accommodatione amplius reperibili loco accesseram; ita una omnis sollicitudo mea eo directa erat, ut quaecunque aedificia ad hunc scopum deservitura, in hac periphéria resciri poterant, illorum prae caeteris usus capiatur, nullumque prius medium intentatum relinquatur, antequam ad occupandam hanc Ecclesiam regressus sumeretur.

Eo enim praecise fine proposui Cassamalia Aedificia in Fortalitio Leopoldopoliensi existentia, quatenus ulterior Infirmorum a Regiminitibus affluxus a Nitriensibus Nosocomiis declinari, et ibidem accommodari valeat, ac effective unam phalangam Legionis Mitrovszkiannae Leopoldopoli aliorsum transferri procuravi.

Eadem de caussa ab eo inde tempore recentissime I. Cottum Nitriensem peculiariter requisivi, ut promotioni semi-reconvalescentium ex Nitriensibus Nosocomiis ad Elefanthense olim Paulinorum aedificium statutis sufficienti numero provincialibus curribus singulari curae intentus sit, hacque ratione Nitriae localis necessitas inminuatur.

Ex ipso demum hoc incidenti supremae annorum Praefecturae Capitalis exercitus erga propositionem illam Directionis Nosocomialis, ut monasterium etiam PP. Franciscanorum Nitriensium, una cum Domo Cottensi pro usibus nosocomialibus convertatur, omnem ulteriorem infirmorum Nitriae accommodationem prorsus impracticabilem esse declaravi, eiusque loco denuo rem serio eo agendam postulavi, ne posteriores infirmorum transportus Nitriam promoveantur, verum ad illorum accommodationem Cassamae Leopoldopoliensis instar filialis ad Nitriam Nosocomii actutum convertatur, praeter ea vero Monasterium etiam in Mária-Család in requisitum adhuc auxilium vocetur, ad quorum con-

cursum insuper vacuum quoque conventum Franciscanorum Seto-Catharinensem propositurus sum.

Continua haec sollicitudo mea manifesto testatur, quantopere mihi cordi sumpserim ulteriorem Ecclesiae a nisu nosocomiali salvatellam; ac citra ullam quoque provocationem extrema quaeque proprio motu et studio conciliandae, cuius sacrificium facere debebam, animi quietis conquirere studuerim, ut sacer hic locus, cuius veneratio singularem attentionem meam effugere nunquam poterat, ab usibus profanis praeservari valeat.

Ampliora interim nunc Illustritas Vra in honorifico suo de 7. labentis ad me dato, et nunc solum percepto responso suggestit mihi haecenus ignota pro eo argumenta, ut manifestatis pro manutentione Ecclesiae hujus principiis eo firmiter insistere possim; Ecclesiam quippe Piaristarum in qua hic, et nunc administrationem sacrarum integre desiisse referebatur, non modo studiosae iuventutis usui, et devotioni servire, sed pro tota inferiore civitate Nitriensi Parochialem esse, et per substitutas illas adhuc in claustrum P. P. Piaristarum praehabitas commoditates, ubi Bibliothecam, et archivum, reposita habebant, medio tempore militarium infirmorum angustiis subventum est.

Quemadmodum itaque capta praemissorum novorum datorum ab Illustritate Vra certitudine contrastato animo meo singularis consolatio accessit; ita Eandem Illustritatem Vram in eo securam reddere audeo, me gravitatem meriti, cum quo quaestionatae ecclesiae resignatio connexa foret, in exordio statim motae catenus quaestionis expendisse, ac non nisi extremis et inevitabilibus circumstantiis, quas ratione salvandi a nihilo graviore epidemiae malo, et periculo localis, et gremialis tot mille animarum populi, et cohaerentibus pluribus relationibus praesentaneas esse detegebatur, post iterata declinandae huius destinationis tentamina, ad praestandam cooperationem permoveri potuisse; omnemque ulteriorem in eo daturus sum operam; ut cum negotium hoc cum dissolutione supremae armorum Praefecturae ad capitalem exercitum spectantis ceteroquin, si militiam ultro inhaerere contigerit, coram Exc. Consilio R. Lottli Hungarico pertractandum veniat, ibidem quoque realem meum pro Religione zelum quo licuerit optimo modo manifestare, et auxiliante Numine ab hac etiam cura liberari valeam. In reliquo peculiari cum cultu maneo Illustritatis Vrae Posonii 17. Decembris 1809.

Obligatissimus Servus  
Stephanus Végh

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Protoc. Coll. Nitr. pp. 251—253.

274.

18lo. jan. 3. A kollegium rektora jelenti a megyés püspöknek, hogy iskolánkat végre megnyithattuk részint a városházán, részint a népiskola helyiségeiben.

Illustrissime ac Reverendissime Domine Episcopo!

Singulari Dei beneficio, et indefessa Illustritatis Vrae opera, quae insuperabilia videbantur, ad optatum finem perducta sunt, praeparatis, quantum ad interim opus erat, Scholarum conclavibus cum novo anno oberrantem hinc inde per plateas, et doctrinae cupidissimam Iuventem convocavimus, et Scholarum exordium auspicati sumus. Convenerunt primo statim die plures quam 50. Nunc in horas crescit numerus. Postquam in pluribus partibus apertae Scholae nostrae innotuerint; nullus dubito hoc etiam afflicto tempore mediocre futurum Gymnasium nostrum.

Quia vero in Domo civica pro 4 duntaxat classibus idonea conclavia apparari poterant; collato consilio cum scholarum Nationalium Directore Adm. Rdo D. Parocho, et Professoribus in eo coaluimus, ut reliquae duae classes in aedificio Scholarum Normalium locum haberent. Quod, quia iisdem horis esse non potest; conclusimus, ut adolescentes scholarum Normalium scholasticis diebus ab hora matutina media octava ad mediam 10; ab hac vero ad mediam duodecimam latinarum scholarum adolescentes docerentur. Horis vero pomeridianis sola Iuventus latina conveniret; Normalistae vero hunc neglectum diebus recreationum supplerent. Pro Sacro audiendo hora 9. est destinata; diebus vero Festis hora 8.

Evacuandum hoc mense ab omnibus infirmis Collegium, et Gymnasium audimus. Nunc illa me sollicitudo occupat, qua via restaurationem illius obtenturus sim. Militaris medicus D. Consiliarius Sax desiderat, ut ego libellum supplicem Deputationi porrigerem; haec vero eum ad se dirigeret; sed deputatio hoc suum legitimum forum esse non agnoscit. Decrevi igitur, brevissimum scriptum Dno Consiliario Sax et toti Nosocomii Nitriensis Officialium choro dare, ut hi suo loco damnorum reparationem, et aedium restaurationem exoperentur. Utinam ita facile hoc obtineam, quam facile ex omni aedium nostrarum angulo excussus sum. Major est potentia D. Susányi, qui denique iterum effecit, ut infirmi ex Elefánth Nitriam revererentur.

Interea in Divina Providentia, et Gratiiosa Illustritatis Vrae protectione spem meam colloco; pro qua quotidie cum meis et pusillo Iuventutis nostrae grege ex gratia et Munificentia Illustritatis Vrae ad nos congregato Deum exoro, ac episcopalem benedictionem flagitando in osculo sacrarum manuum emorior.

Illustritatis Vrae.

Nitriae die 3 Ianuarii 1810.

Humillimus in Xto filius  
Andreas Géczy m. p. e S. P.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Protoc. Coll. Nitr. pp. 254—255.

275.

1810. jan. 4. A nyitrai piáristák az épületek helyreállításáért folyamodnak.

Ad Caesareo-Regiam Militaris Nosocomii Nitriensis Directionem !

Caesareo-Regii Officiales, quibus de Altissimo Iussu Regio Nitriensis Nosocomii cura demandata est, pro infirmis militibus Aedes Collegii et Gymnasii Nostri Nitriensis Scholarum Piarum ita occuparunt, ut omnis nostra supellex non sine ingenti detrimento tumultuarie exportari debuerit, nosque e domicilio nostro exules cum maxima molestia in Conventu PP. Franciscanorum nimio opere constricti hospitium capere coacti fuerimus. Quia vero speramus futurum, ut prope diem Aedes nostrae ab infirmis militibus reddantur liberae, et nos pro publico Instituti nostri exercitio quatocius redire anhelamus; humillime supplicamus Eisdem Caesario-Regiis Nosocomii Nitriensis Officialibus, ut necessarios sumptus pro restaurandis Aedibus nostris, ac damnis, quae illata sunt, reparandis suo patrocinio et interpositione exoperari suo loco dignenter. Nitriae 4 Ianuarii 1810.

Humillimi Capellani Rector, et caeteri Collegii Nitriensis Scholarum Piarum Religiosi.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Protoc. Coll. Nitr. p. 255.

1810. febr. 6. Bizonyítvány a nyitrai piáristák áldozat-készségéről és hitbuzgóságáról a katonai kórház betegei iránt.

### Zeugniss.

Dass Seine Ehrwürden der Herr Pater Rector des Convents der frommen Schulen allhier bey der Errichtung eines Hauptfeld-Spitals nicht nur mit der grössten und höflichsten Bereitwilligkeit das Convent und Collegium auf der Stelle geräumt, sondern selbst im Drange der Umstände die Bibliothek, physicalische Kabinet etc. zum grössten Nachtheil der Bücher und Instrumente auf der Stelle für den benöthigten Belag geleert, Sich samt den Herren Conventualen mit der grössten Unbequemlichkeit und Beschränkung des nöthigsten Raumes in das Kloster der H. Patres Franciscaner gezogen; — Nebst allen diesen halfen Sie dem Spitale mit dem uneigennützigsten Darlehn aller nur halbmöglichst entbehrlichen Requisiten und Utensilien — seit dem ersten Augenblick, wo dessen Herbeischaffung aus Mangel um den grössten Preiss absolute unmöglich war, aus; — In der Zeit als dem Spitale die Feld-Capläne abgiengen, bestimmten Sie 2 Patres aus Ihrer Gesellschaft ohne Bezahlung für die Seelsorge, *welche auch beyde tödtliche Opfer Ihrer edlen Bestimmung geworden.* — Aus diesen angeführten Gründen halten es Unterzeichnete für ihre strengste Pflicht, obbenannten Hr. Pater Rector, und Conventualen dieses Zeugniss Ihres edlen, patriotischen, menschenfreundlichen bereitwilligen Benehmens aus der Absicht zu geben, damit höheren Orts Ihr wesentliches Verdienst anerkannt und beurtheilt werde.

Sign. Neutra den 6 February 1810.

L. S. Von Werner Major.  
Spital-Commendant.

L. S. Dr. Sax m. p.  
K. K. Rath. Staabsfeldarzt.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

1810. febr. 10. A kollegium főnöke, vett felhivás folytán, egybeállítja a rongálások jegyzékét.

1. Cubicula cum ambitibus debite et pro valetudinis nostrae securitate purganda, ac ubi opus est, radenda, et noviter incrustanda, dealbandaque; praesertim vero loca communia.

2. Portae, fenestrae, fornaces ad munditiem reficiendae. Strata ipsa in cubiculis mundanda, ac in plerisque alia substituenda.

3. In Bibliotheca Toli et mensae ad priorem statum reponendae.

4. In oratorio ara et sedes in integrum reponendae, et sicubi inauratio accepit vitium, renovanda.

5. In dispensa duo magna Scrinia pro farina et leguminibus componenda.

6. In culina omnia, prout erant, restituenda.

7. In area reclinatoria, et conservatoria altitium reficienda.

8. Cinctura horti in utraque area restituenda.

9. Porta in aditu cryptae reponenda.

10. Porta in horto altero facienda, et gradus ad aream.

11. Lignorum circiter duae orgiae restituendae.

12. Putei cum aqualibus, et catenis ac vase resignandi.

13. Mensulae, lecticae, sedes, vasa cuprea restituenda.

14. Lampades in ambitu relictae reponendae.

15. Operae ad reponenda omnia assignandae.

16. Scholae scanmis, mensulis ac tabulis instruendae.

17. Sacristia bene dealbanda, ac in integrum reponenda.

18. Furnus in allodio per exsiccationem vestium vitiatus reparandus.

19. Omnes Aedificii partes exterae etiam a sordibus et maculis immundandae.

20. Denique ad rationem aliorum, quae nobis per transportationem periverunt, et destructa sunt, gratiosam recompensationem humillime petit.

Nitriae 1810. febr. 10.

Andreas Géczy m. p. e S. P. Coll. Nitr. Rector.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Protoc. Coll. Nitr. p. 257.

278.

1811. okt. 5. A piáristák kérvénye a megyés püspökhöz a templomi szerek ügyében.

Illustrissime ac Reverendissime Dne Episcope!  
Domine Praelate mihi Gratosissime, Munificentissime.

Posteaquam anno 1787. auctoritate publica constitutum est; ut Ecclesia Collegii nostri pro usu etiam parochiali ferentibus ita rerum, temporisque adiunctis deserviret: tam ab onere conservandorum sartorum tectorum liberi declarati sumus, quam etiam candelarum, vini, et hostiarum pro celebrandis Sacris necessariorum administratio ex parte Ecclesiae Parochialis nobis promissa est.

Sartorum quidem tectorum reparationem, quoties necessaria fuit, ab I. Patronatu factam esse singulari cum gratitudine recognoscimus. Reliqua etiam superius dicta aliquo tempore accurate nobis praestabantur. Verum, ubi Rectorum Collegii et DD. Parochorum variae ortae fuissent praetensiones, sensimque et celebrantium nostrorum numerus, et candelarum pretium increvisset, primum hae nobis, nescimus quo agente, denegatae sunt. Vinum adhuc, et hostiae porro quoque dabantur nobis, ast demum quoad haec etiam mutatio intercessit. Modernus nempe Rdissimus D. Canonicus Pongrácz, tunc civitatis inferioris Parochus, dum iterum diversae accidissent molestiae, ita cum Rectore Collegii coaluit, ut Hostias quidem ultro etiam Aedituus Parochialis semper sufficientes administraret; vinum vero, tam pro suis, quam pro Dno Parocho, et Capellano erga annuos 24 fl. Collegium praestaret.

Viguit haec coalitio uno, alterove anno, et hos 24 fl. Rdissimus D. tunc Parochus accuratissime solvit. Sed iam a 6 facile annis Collegium quidem vinum fideliter praebet, pro hoc tamen ne cruciferum quidem accipit.

Hoc velle, ut his arduis temporibus Collegium praeter amissa alia beneficia, adhuc insuper vinum pro sacrificiis Missae quotidie Dno Parocho et Capellano cum notabili dispendio praestet; profecto a Benignissimo aequae ac Iustissimo Illustritatis Vrae animo quam longissime abesse certo scio. Ac proinde spe plenissimus ad gratiosissimum Illustritatis Vrae sinum pro favorabili hac in parte resolutione



humillime recurro tanto audentius, vel invitus; quanto vinum his annis evasit pretiosius. Interea Episcopalem Benedictionem flagitando, in sacrarum manuum osculo emorior.

Humillimus in Xto filius  
Andreas Géczy m. p. e. S. P. Rector.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára. Protoc. Coll. Nitr. pp. 269—270.

279.

**1812. okt. 8. Kluch József megyés püspök adománya az iskolai  
Értesítő költségeire és jutalmakra.**

Reverende Pater Director etc.

Ut in exolutionem comparatorum Proemiorum scholasticorum et impressarum Classificationum, fundum certum, et indubitatum habeat Reverenda Paternitas Vestra, accludo hic in Schaedis Reluitoriis per flr. 20 frustis Nro 8. flr. 160. id est Centum sexaginta, eo addito, quod, quidquid a memoratis exolutionibus supernataverit, illud in proprios Rdae Paternitatis Vestrae usus servire, convertique velim. Qui caeteroquin Religiosis Orationum suffragiis commendatus constanti pensione sum.

Rdae Paternitatis Vestrae. Mocsonok Die 8 Octobris 1812.

Benevolus, et addictus  
Iosephus Eppus Nitriensis m. p.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

280.

**1813. márcz 4. Villinider Katalin, Hirnsperger József özvegyének  
végrendeleti hagyatéka.**

Végrendeleti kivonat.

2-tens.

Dennem Piaristen Ein Hundert Gulden 100 fl. alle Jahr eine Messe.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

1814. okt. 18 Marczibányi Imre 12 tanuló ruházására alapítványt tesz.

Copia.

Infra scriptus memor Divini effati apud Math. Cap. 10 V. 40, qui recipit vos, me recipit, et qui me recipit, recipit Eum, qui misit me: laudabilia vestigia Spectabilis Dni quondam Laurentii Marczibanyi de Pucho S. C. R. et Apostolicae Mattis Consiliarii desideratissimi Dni Genitoris mei, qui complures pro publico Emolumento Fundationes exhibuit, secuturus, ac pias Ecclmi Dni Stephani, quondam Marczibányi de eadem Pucho dilectissimi fratris mei, mihi pro effectuatione creditas destinationes promoturus, Patriae item et Provinciae, in qua a tenera aetate versabar, commoda, pro posse promoturus, in sublevamen afflictorum ac respectivae familiae descendantium adiutorium, sequentem quibusvis temporibus duraturam facio fundationem:

Capitale fl. 60,000 idest sexaginta millium in valuta secundum praescriptos ordines altiores calculatum apud Sptabilem Dnum Martinum Marczibányi de Pucho maioratus familiae possessorem, fratrualem meum phabitu Inclito Cottui Trenchiniensi pleno iure resigno, tam suam Ecclementiam Supremum Cottus huius Moderatorem ac successores, quam et Incliti Status et Ordines submitte exorans, quod non modo capitalis ipsius stabilitati, verum etiam subtile denotandarum intentionum implemento intendere ac patriotico testato zelo suo et protectione fovere complectique Fundationem praemissam dignentur.

Capitalis praemissi interesse 5 a 100 fl. calculatum ac quotannis rite dependendum constituit . . . . . fl. 3000

Quod sequenti ratione parciendum ordino, utpote:

1-o. Egentioris, depressiorisque sortis Juvenum, ex quibus saepe utiles ac boni Patriae cives formari consueverunt, condignam habendo reflexionem, pro duodecim Nobilibus ac in casibus peculiaribus etiam ignobilibus Juvenibus scholas Nitriae frequentaturis ordino annue per fl. 75 singillative, adeoque in summa exolvendos . . . . . 900 fl.

Circa quos id peculiariter notandum veniet, quod hi nonnisi penes praesentem meam vel post fata mea in gremio Cottus huius bona tenturi successoris mei masculi, aut si plures forent vel in statu orphanali constituerentur, eorum, et respective familiae et lineae meae senioris, vel si linea mea deficeret, denati fratris mei Laurentii quondam Marczibányi de Pucho successoris, bona familiae meae hic in Cottu apprehensuri, et ex his respective Senioris, recipi possint, beneficium-

que hoc, nisi peculiariter ultro etiam extendatur, possit Successivis annis pro re nata etiam in alium tertium quempiam transferri.

Ex praedenotata Summa sub initium anni Scholastici aut cum fine eiusdem per A. R. P. Directorem Gymnasii Nitriensis, vestes maxima, qua fieri potest parsimonia curabuntur, ac quidquid ab eis resultaverit, id attactis Iuvenibus v. eorum Parentibus aut Tutoribus semestraliter consignabitur. Quorum obligatio erit quotidie sacro Scholastico interesse, ac eodem absoluto, quinque Pater et Ave cum designata in aliis desideratissimi Genitoris mei perinde 12 Studiosorum conditis fundationalibus oratione devota mente absolvere.

Eidem A. R. Patri Directori Gymnasii Nitriensis pro cura et fatigiis circa Iuvenes hos impendendis ea cum requisitione, ut Sacrum unum pro refrigerio animarum fundatorum pseutibus fundatis celebrare velit, ac una quos censuerit Iuvenes proponere, deputo annue exolvendos fl. . . . . 20

Quam vilem foundationem meam Deo Triuo Uni in gloriam humili contrito corde offero. Signatum Tökéss Ujfalu die 18-a 8bris 1814.

Emericus Marczibányi  
de Puchó et Csóka m. p.  
L. S.

Extradatum per Ladislaum Vagyón eiusdem piæ foundationis administratorem.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

282.

1817. máj. 18. Nejedly József cz. püspök és nyitrai nagyprépost előbb tett, de devalvált alapítványának pótlásáról végrendeletében intézkedik.

Copia ex Testamento Illmi Dni Iosephi Nejedly El. Eppi Dulmen-sis, et Praep. Maj. Nitriensis.

Nono: Fundaveram apud RR. PP. Piaristas ante plures annos unum Sacrum pro me, dum viverem, in Festo S. Iosephi, post meum autem ex hac vita decessum, in die obitus Anniversario absolvendum in flor. 500; — cum autem referente R. P. Rectore Nitriensi, et Assistenté Capitale hoc ad dimidium seu 250 fl. devalvatum esset; nunc dispono: ut ex mea Substantia, altera medietas seu f. 250 red-

integretur, et insuper alii f. 500. perinde universim flor. septingenti quinquaginta seu 750 adjiciantur, hacque ratione Anniversarium in flor. Mille constituatur.

Copia ex Codicillo 1-o Ejusdem. 8-o RR. PP. Piaristis Nitriensibus praeter ea, quae Testamento 5. 9. disposui, insuper praestentur ex Frumento meo M. P. Centum; et quidem Tritici Metr. 12. Siliginis Metr. 24. Hordei Metr. 24. et Avenae Metr. 40. Universim M. P. 100.

Praesentem Copiam cum Originali Testamento, et Codicillo collatam in omnibus punctis et Clausulis eidem Testamento et Codicillo conformem esse testor Nitriae die 18 Maji A. 1817.

Franc. Xav. Habel Can. Nitr.  
Executor Testamenti m. p.

L. S.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

283.

1818. jan. 28. Holli György nyitrai kanonok alapítványa.

Extractus ex Testamento Reverendissimi Dni Georgii Holli Cathedral. Ecclesiae Nitri. Cononici die 28-a Ianuarii 1818. condito.

§. 22. „Venerabili Collegio P. P. Scholarum Piarum Nitriensium lego et assigno duplices obligatoriales aerariales, — Unius quidem ordinis super fl. centum in Moneta Conventionali, — alterius vero ordinis obligatoriales aerariales super fl. octingentis ad Fundum Publicum in Schedis illatis; ea sub conditione, ut census e capitali hoc duplici obveniens applicetur pro necessariis Libellis, vel charta pauperum Studiosorum, qui in Litteris et Moribus eminerint“.

Praesentem copiam cum Originali Testamento collatam, in omnibus punctis et clausulis Originali Suo conformem esse testor.

Signatum Nitriae die 20-a Febr. A. 1818.

Franc. Xav. Habel Can. Nitr.  
Testamentarius m. p.

L. S.

Másolat. A nyitrai kegyesrendi társház levéltára.

1818. máj. 25. Nejedly Ferencz nyitrai kanonok végrendeleti hagyatéka.

Copia extracti §phi in Testamento Rendissimi Dni Francisci Nejedly contenti, RR. Patres Scholarum Piarum concernentis sub Litera Q.

Q. Rendis Patribus Piaristis Nittriensibus in Tesseram Gratitude lego, et dispono pro quotidianis necessitatibus post obitum meum numerandos flos tercentos id est 300. Et ita quidem: Ut hi filii cum plena securitate elocentur vel Civitati Nittriensi, vel Communitati alicui erga 5. a 100. Rendi autem Patres Piaristae, qui unum Anniversarium Tumba exposita et Libera me, mense illo, quo ex hac vita decessero, celebrabunt: Censum Capitalis hujus utpote flos 15 tollent, et ultimam hanc voluntatem meam in Protocollo Piarum Foundationum hujus Collegii praenotabunt, et secundum Constitutionem Provinciae manipulabunt.

Praeterea Iisdem Patribus Piaristis ex singula Frumenti specie lego per Metr. Poson. 6 utpote: ex Tritico, Siligine, Hordeo et Avena, adeoque insimul Metr. Poson. 24. per Rendissimos Dnos Executores Testamenti emensurandas.

Copia §phi in Codicillo contenti extracti, studiosam Iuventutem concernentis positi. sub N-o 11.

Studiosae Iuventuti, quae Sepulturae meae interfuerit lego flos centum id est 100. A. R. P. Directori eo fine consignandos, ut opportuno tempore innocuam studiosae Iuventuti, animi et corporis relaxationem praestare possit.

Praesentem Copiam §phi ex Testamento, et Codicillo desumpti, originali §pho Testamentali v: Codicillari adaequate conformem adinveniri, fidem facio Nittriae die 25 Maii 1818.

Carolus Szaitler C. N.  
Executor Testamenti m. p.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

285.

**1822. nov. 19. Szaitlet Károly nyitrai kanonok végrendeleti hagyatéka.**

Extractus testamentariae dispositionis Rmi D. Caroli Szaitlet Canonici Nitriensis, Archidiaconi Solnensis die 29 Iulii 1822. mortui.

11. Demum pro anniversario Requiem absolvendo pro refrigerio animae meae in Ecclesia RR. PP. Piaristarum per unum e V. Collegio lego finos 500.

Praesentem Copiam cum originali Testamento Rmi. Dni Caroli Szaitlet Canonici Nitr. collatam in omnibus originali Testamento conformem esse testor.

Nitriae die 19. Novembris A. 1822.

Franciscus Xav. Hábel m. p.

Can. Nitr. A. D, Trenchin. Testamentarius.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

286.

**1822. nov. 27. Guul ker. János nyitrai rektor hagyománya.**

In Nomine Domini. Amen.

Infra scriptus omnibus, ad quos spectat, notum facio, quod de peculio meo 1000 id est, mille florenos chartarum reluitionalium VV. in 400 id est quadringentos Rh. florenos, conventionalis pecuniae commutatos, Collegio Scholarum Piarum Nitriensi, die 27 Novembris anni 1822. ea conditione inscripserim, et cum aliis ejusdem Collegii quadringentis Rh. florenis conventionalis perinde pecuniae, apud D. Spectabilem Paulum Motesiczky, erga interusurium annum 6. p. Cent. elocaverim, ut Interusurium annum, id est 24 Rh. florenos in pecunia Conventionali, dum vixero, ipse percipiam, a morte vero mea, una cum sorte, Interusurium quoque cedat mox nominato Nitriensi Scholarum Piarum Collegio. Dabam Nitriae die 27 mensis Novembris, anno Domini 1822.

L. S.

Ioannes B. Guul m. p. Rector Collegii

Glycerius Váczy m. p.

Antonius Baranyay m. p.

Iosephus Calasan. Villiger m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

287.

1823. jan. 4. Váczy Glyczer igazgató hagyománya.

In Nomine Domini. Amen.

Infrascriptus omnibus, ad quos spectat, notum facio, quod de peculio meo 200 id est ducentos florenos conventionalis Monetae, Collegio Scholarum Piarum Nitriensi, die 4 Ianuarii, anni 1823, ea conditione inscripserim, cum aliis ejusdem Collegii 42 id est quadraginta duobis florenis conventionalis monetae apud Spectabilem Dominum Paulum Motesiczky erga Interusurium annuum 6 p. C. elocaverim; ut Interusurium annuum, id est 12 Rh. florenos in pecunia Conventionali, dum vixero a R. P. Rectore Domus ejusdem quotannis percipiam, a morte vero mea, una cum sorte, Interusurium quoque cedat mox nominato Nitriensi Scholarum Piarum Collegio. Dabam Nitriae die 4 Ianuarii, anno Domini 1823.

In fidem subscribo.

Ioannes Gul m. p. Rector  
P. Antonius Baranyay Spir m. p.  
P. Josephus Calasan. Villiger m. p.

Glycerius Váczy

V. Rector Domus et Director  
Localis Gymnasii m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

288.

1823. május hó 17. Az iskolai ünnepélyek tilalmazása iránt.

Admodum Reverende Pater Localis Director.

Suam Mattem Ssmam clementer praecipere dignatam esse: ut in Universis Institutis Literariis Solemnitates, occasione Onomasticorum dierum Directorum, & Professorum, aut Docentium, ex parte Studiosae Iuventutis variis, honoris et Distinctionum Monumentis, signanter Musica, aut expositione Imaginis, aut Iconis eorundem celebrari solitae interdicanter, Literariae per Districtum Posoniensem Directioni ac Excelso Consilio Lottli Regio sub 15-a Aprilis a. c. N-ro 8594. pro conformi publicatione, faciendaque inhibitione intimatur.

Cuismodi bgno graosi Intimati tenores Praettae PVrae pro Noti-

tia, directione, & procuranda exacta observatione, ac facienda quoque cum Rendmo Domino ejatis Capitalis Nationalis Scholae Locali Directore Communicatione praesentibus officiose transcribitur. Datum e consessu Literario Academiae Regiae Posoniensis die 17-a Maji 1823.

Iosephus Krajner m. p.  
Fac. Phicae Senior.

Faber m. p. I. u. D.  
Fac. Iurid. Senior.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

289.

**1823. jun. 1. Kluch József nyitrai püspök adománya a nyitrai collegium részére.**

Ad futuram rei memoriam!

Postquam ad eam temporum calamitatem ventum esse observo, ut Publici Scholarum Magistri, in quorum recta Iuventutis in doctrina et moribus institutione pro salute Reipublicae plurimum Spei situm est, complures non modo in congrua et decora, verum et in necessaria sui provisione deficient, et angustientur: utpote primaevis Illorum Foundationibus caeteroquin non ubique large positis aut licet pro ratione illorum, quibus posita sunt, temporum fors sufficientibus, successive nihilominus partim per supervientem variam Saeculi vicissitudinem, atque indolem varie multumque accisis, partim per rerum victui et amictui necessariorum excessiva, ac in dies invalescentia pretia infra debitum sufficientiae gradum depressis, novis autem hunc in finem adjuventis propter refrigescentem charitatem fere nullis accedentibus, quia paucis publicam Illorum Professionis utilitatem recogitantibus, multo minus pro merito agnoscentibus.

Haec infrascriptus in condignam reflexionem assumendo pro Sacro Reverendorum PP. Piaristarum Nittriensium Scholas Publicas necessariis Magistris, et Institutoribus providentium Collegio Dioecesi meae ingremiato, in quaecumque subsidium, et grati, sincereque propensi animi pignus, ac documentum, non titulo alicujus novae, et onerosae Foundationis, verum unice titulo melioris Domesticae provisionis, et subsistentiae 2000 id est Bis Mille florenos effective donando resigno etc. Hoc nomine nihil aliud expetendo, quam quod ipsa cujusque



beneficii natura secum fert, ut videlicet, cum reliquis suis Benefactoribus, mei quoque Peccatoris subinde apud Deum pie meminisse non graventur. Moesonok Die 1. Iunii 1823.

L. S.

Iosephus Eppus Nittr. m. p.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

290.

**1824. ápril hó 30-án. Orgler József, kanonok, főigazgatóvá nevezetik ki.**

Admodum Reverende Pater Localis Director!

Suam Mattem Ssmam Munus Regii Superioris Studiorum per Districtum Literarium Poseniensem Directoris, Reverendissimo Domino Iosepho Orgler, Ins. Colleg. Ecclesiae Poseniensis ad S. Martinum Canonico & SS. Theologiae Doctori bgne conferre, et Sibi etiam benignam Nominationem Pro-Directoris ejusdem Districtus reservare, ideoque, ut Propositio eatenus a nuncupato RR. Dno Canonico, Altissimo Loco dein substernenda, exigatur, clementer praecipere dignatam esse.

Praettae PVrae in Conformitate bgno-gsi dd-o 6-ae Aprilis a. c. N-o 7899. emanati, & hodie isthic percepti Intimati, interea dum praetlatus Rendmus Dmrus Munus sibi clementer delatum effective adiverit, idque factum esse annunciaverit, pro Statu Notitiae, fineque instituendae, omnibus, quorum interest Publicationis hisce eo subnexo officiose significatur: ut, qui vacantem Pro-Directoris Academiae Stationem consequi volunt, Instantias suas Eidem nominato Rendmo Dno Superiori Directori Propositionem facturo, exhibendas esse noverint. Datum e Consessu Literario Academiae Begiae Poseniensis die 30-a April. 1824.

Iosephus Krajner m. p.  
Fac. Pphea Senior

Faber m. p. I. u Doctor  
Fac. Iurid. Senior.

Másolat. A nyitrai gymnasium levéltára.

291.

**1825. nov. 25. Kluch József püspök végrendeleti hagyatéka.**

Testamenti per Excellentissimum quondam Dominum Iosephum Kluch Episcopum Nittriensem Die 25 Novembris 1825 conditi Paragraphus 27. Sex Domiciliis Regularium intra ambitum Diaecesis Nitt-

riensis existentium, pro una Missa in Anniversario mei obitus die in refrigerium animae meae cantanda, et alia ad Intentionem meam legenda, in forma Capitalis et perpetuae Foundationis lego, et extradandos dispono Singulis per florenos quingentos.

Signatum Nitriae die 17. Iunii A. 1827.

Franc. Xav. Hábel m. p.  
Can. Nitr. Test. Executor  
Stephanus Greguska m. p.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

292.

1825. november 25-én. Kluch József püspök ösztöndij-alapítványa.

#### Testamenti

per Excellentissimum Dominum Iosephum quondam Kluch Episcopum Nitriensem Die 25-a Novembris 1825-o conditi

#### Paragraphus 62-us

Quod in favorem N-o 7. Nobilium Dioecesis meae Nitriensis Puellarum apud Sanctimoniales Tyrnavienses educandarum per distinctas Fundationales Litteras vivens ordinavi, et in effectum deduxi, etiam pro Adolescentibus Studiosis, si id ipsum Ipse vivens non perfecero, in forma perpetuae Foundationis resolvo, et effectui dari volo.

Videlicet ex Conventionali, nominatim aurea moneta, partim per me elocata, et in Chartabiancis existente, partim non elocata, sed post obitum meum reperienda, et secure elocanda sequestrentur, ac VCapitulo Nitriensi semper in eadem pecuniae specie, et obligati, vel obligandi 6 pcentualis in auro Interusurii qualitate, et quantitate conservandi resignentur Aurei ord. N-o 5000. id est quinque mille, adeoque Rhenenses Flni 22500 id est Viginti duo mille quingenti, pro N-o 12, dico duodecim puuperioribus Studiosis Adolescentibus, sive Nobilibus, sive Ignobilibus, dummodo tales sint, quos talentorum, et Morum qualitas praë ceteris cum distinctione commendat, et ex his praeferenter tales, qui ad Statum Ecclesiasticum aspirant.

Pro his Adolescentibus, ut in illis praesertim Studiorum locis, et Gymnasiis, ubi Linguas discendi modus, et occasio est, Scholas frequentandi, seque pro Patriae utilitate excolendi modum habeant, praenominatum Capitale servire volo, et ex eius annuo 300-os Aureos,

adeoque 1350 fluos in Conventionali moneta reddituro Censu, pro singulis annum 25. Aureorum, Rhenenses Fluos 112 xr. 30. efficientium Stipendium deputo, et assigno cum Conditionibus sequentibus :

1-o. Ut huiusmodi Adolescentes Catholici, et vere pauperes, adeoque aut Orphani, aut a Parentibus, vel Cognatis educationis modum non habentes sint.

2-o. Perinde quidem est, sive in grammaticalibus, aut humanioribus, sive in altioribus Studiorum Classibus iidem Adolescentes constituti fuerint, dummodo tamen illi, qui aliquam Studiorum Classem repetunt, ad haec Stipeudia non recipiantur, aut si recepti sint, in iisdem non tolerentur.

3-o. Ut iidem Adolescentes ita in morum, et Studiorum profectu versentur, ut si etiam, uti cuperem, inter Eminentes non censeantur, inter primos tamen in prima Classe inomisse referantur. Quare tales quoque suscepti, sed successive notabiliter deficientes, ultra unum Annum in Stipendio non tolerentur, verum alii magis digni, et qualificati substituatur. — Sed et

4-o Ne adolescentes huiusmodi per suos sive Parentes, sive Tutores, aut Curatores ad Theatra, Comoedias, vel alias publicas distractiones, et Saltus, sub qualicunque specioso praetextu ducantur, aut ipsi loca eiusmodi adeant, per expressum caveo ita ; ut si qui forte istud vel semel attentare praesumpserint, et de eo convicti fuerint, Stipendiis suis indispensabiliter priventur, nec ad illa unquam participanda quibusvis etiam lachrymosis precibus interpositis restituantur. Ut autem tam Parentes, et Tutores, vel Curatores, quam ipsi Adolescentes inexcusabiles sint, de hac conditione observanda praevia occasione receptionis edoceantur, ac serio praemoneantur.

5-o. Pro hoc Stipendio Adolescentes non aliunde, quam ex Comitatu Trenchiniensi, et ex Nitriensis illa parte, quae Episcoporum Nitriensium Spirituali Iurisdictioni subest, oriundi, et ibidem domiciliati assumantur, et illorum, qui ex gremio Bonorum Episcopatus Nitriensis procedunt, caeteris paribus reflexio habeatur.

6-o. Ex duodecim his Adolescentibus semper N-o 7. Trenchiniensis, residui N-o 5. Nitriensis Comitatus Filii, Spirituali Episcoporum Nitriensium Iurisdictioni subiecti computentur, et memoratis Stipendiis donentur.

Cuiusmodi adolescentes omnes praemissis requisitis qualitatibus provisos ad eadem Stipendia, penes exhibendum Morum, et Studiorum Testimonium deligendi, ac recipiendi ius, et facultatem conscientiose exercendam, meis in Episcopatu Successoribus, Sede vero vacante VCapitulo Nitriensi plene defero, et attribuo.

Sed cum D. Paulus Lányi Pensionatus Supremus Vigiliarum Praefectus, adhuc dum in Dioecesi Nittriensi, signanter in Parochiae Kochanocziensis, Filiali Possessione Kiss Zsámbokréth habitasset, a favore Legis sibi qua Aug. Confessioni addicto competente ultro ac benevole recedendo, duos filios suos: Stephanum, et Iosephum in Religione Romano-Catholica educandos mihi obtulerit, ego vero non tantum oblationem istam prompte acceptaverim, verum etiam postquam eosdem Filios praeterito mense Iulio effective, ac in Persona, datis de se scriptis Reversalibus pro hac ipsa Catholica educatione mihi resignasset, Scholasticam Ipsorum educationem, dummodo se illa posthac etiam dignos exhibeant, et vivens in me assumpserim, et pro casu mei Obitus Iisdem addixerim; hinc praenominatos duos Adolescentes, quamvis Parentes Ipsorum posterius extra Dioecesim Nittriensem, in Oppido quippe Csejtha domicilium fixerint, ad hanc ipsam praevio modo per me constitutam pro Studiosis Adolescentibus Foundationem praefereuter, et quidem inter Comitatus Trenchiniensis Stipendiatos Adolescentes unum, inter Comitatus vero Nittriensis, illius nempe Partis, quae ad Dioecesim hanc pertinet, Adolescentes alterum recipi volo ita, ut beneficio isto, dummodo semet illo indignos successive non reddant, per totum Scholasticum Studiorum Cursum fruantur, hocque fine annua Ipsorum Stipendia Parentibus extradentur; ut tamen ea ad finem educationis Catholicae impendantur, seriam Vigilantiam Iurisdictioni Dioecesanae majorem in modum commendo.

Ex praemissis vero sequitur illud: quod interea, donec sive unus, sive alter praenominatorum Adolescentum Stipendiali hac provisione ex quocunque capite uti desierit, e Comitatu Trenchiniensi tantum N-o 6. e Nittriensi autem N-o 4. Adolescentes ad haec Stipendia recipi possint, et recipiendi sint. Illud interim hic per expressum caveo; ne singularis iste Casus in exemplum pro aliis ex aliena Dioecesi ad haec Stipendia recipiendis Adolescentibus unquam pertrahatur.

#### Paragaphus 65-us.

De communi Testamentaria Massa a specificis Legatis resultatura, eiusque annuis Censibus. C) Tertia pars annuorum Censuum cedat annue pro trium Dioecesis meae Gymnasiorum, utpote: Nittriensis, Trenchiniensis, et Solnensis pauperibus Studiosis ita; ut omnes hi Census annue trifariam aequaliter divisi, localibus Parochis, aut Directoribus extradentur: per Hos vero inter pauperes Adolescentes Studiosos, qui se in morum probitate, et Studiorum profectu distinguunt, menstruae, aut hebdomadatim in subsidium, sive Victus, aut hospitii solvendi, sive comparandarum Vesticularum, sive aliarum Scholasticarum necessitatum

in majore, vel minore rata, pro ratione meriti, et indigentiae conscientiose distribuantur. Quodsi autem inter hos de cognatione mea aliquos reperiri contigerit, et se super eo legitimaverint, talium, si digni fuerint, reflexio habeatur. Quibus denique hae Eleemosynae inter pauperes Studiosos distribuendae concedentur, Iisdem titulo fatigii ex hac ipsa rata resolvo, et extradandos ordino annue per Conventionales Flnos 20. id est viginti, ea cum obligatione; ut Elenchum Adolescentum ex his beneficiis participatorum, Administratori Fundationum mearum quotannis exhibere teneantur.

#### Condicilli

per Excellentissimum Dominum Iosephum quondam Kluch Episcopum Nittriensem Die 22-a Novembris 1826.

#### C o n d i t i.

##### Paragraphus 9-us.

Inter Conditiones, quas pro Studiosis Adolescentibus ad Stipendia Testamenti mei §-pho 62-o fundata recipiendis posui, una e praecipuis est illa; ut non aliunde, quam e Comitatu Trenchiniensi, et ex Nittriensis illa parte, quae Episcoporum Nittriensium Spirituali Iurisdictioni subest, oriundi, ibidemque domiciliati assumantur, et Illorum, qui ex gremio Bonorum Episcopatus Nittriensis procedunt, caeteris paribus reflexio habeatur. Atque istam Conditionem, et qualitatem in adolescentibus, huiusmodi requisitam praesenti etiam Scripto per expressum stabilio, et confirmo: illud tantum majoris claritatis et certioris intelligentiae gratia adjicio: quod per Bona Episcopalia, quorum iuvenes caeteris paribus in reflexione haberi volo, intelligam omnia tam in Dioecesi Nittriensi, quam extra illam existentia Episcopatus Nittriensis Bona.

Ejusdem praeterea Testamentarii §-phi tenore, Studiosos Adolescentes ad haec Stipendia recipiendi ius, et facultatem meis in Episcopatu Successoribus, Sede vero vacante, VCapitulo Nittriensi detuli. Verum ius istud iam ibidem relate ad Filios D. Pauli Lányi Stephanum, et Iosephum ea ratione restrinxi; ut Isti, dummodo semet indignos non reddant, ad haec Stipendia praefereenter assumantur. Nunc idem ius adminis pro primo receptionis casu ea adhuc ratione restringo; ut praeter duos paulo ante memoratos Adolescentes: Stephanum, et Iosephum Lányi, caeteri N-o 10. Adolescentes ex illis ipsis, qui mortuali anno per me ad privata Stipendia mea recepti, pro eodem quidem anno e Substantia mea exolventur, successive tamen omni Stipendiali beneficio carere deberent, habita morum, Studiorum, et reliquarum

praecitato Testamenti §-pho descriptarum qualitatum ratione magis semet prae caeteris distinguentes seligantur, et his Stipendiis donentur.

Sed ne residui quoque vita comite Stipendiis per me provisi, et mortuali anno in iisdem existentes Adolescentes, post obitum meum omni prorsus Scholastico Subsidio careant, pro his Censu Fundationales, ex quarta parte Capitalium communis Testamentariae massae, a specificis Legatis, et Fundationibus resultatura, prodituros, et annue incassandos, quos nempe Testamenti mei §-pho 65-o sub c) pro trium Dioecesis meae Gymnasiorum, utpote: Nitriensis, Trenchiniensis, et Solnensis pauperibus Studiosis ordinavi, nunc iisdem Stipendiatis meis, qui post obitum meum sive ex mea, sive ex alterius alicuius Fundatione, aut manuali largitione Stipendio provisi non fuerint, in quocunque demum Gymnasio intra Regnum studuerint, dummodo semet dignos exhibeant, et aliquam Studiorum Classem non repetant, addico ita; ut postquam Capitalia huius postremae Testamentariae Massae ad Cursum posita fuerint, ex quarta parte Censuum a Capitalibus illis obventurorum, quae uti praemisum est, pro praefatis tribus Gymnasiis totaliter destinata fuerat, praerecensiti Adolescentes per tempus illud, quo Gymnasiales Scholas frequentaverint, annua Subsidia qualia nempe Vires Cassae Fundationales admiserint, aequaliter percipiant, donec per successivum e Scholis egressum, et securam hac ratione participantium diminutionem singulorum, qui remanserint, Subsidualis rata ad Florenos Reluitorios Sexaginta excreverit. Talia enim, et non ampliora Illis subsidia dari, quidquid autem ultra haec superfuerit, inter praenominata tria Gymnasia quotannis distribui, postmodum vero, ubi Adolescentes omnes Subsidiis istis provisi Scholas Gymnasiales egressi fuerint, totalem, qui pro Illorum exolutione deserviebat Censum, iisdem praenominatis Gymnasiis conformiter ad Testamentarii §-phi 65-i punctum sub c) addici volo. Sed donec ista fiant, adeoque Censu ad primaevum suum finem plene, et integraliter redeat, Parochi, aut Directores locales: Nitriensis, Trenchiniensis et Solnensis, quibus nempe distributio Eleemosynarum pro his Gymnasiis successive proditurarum concredita fuerit, loco Florum Conventionalium 20. quos singulis illis distributoribus praeinsinuato Testamentarii §-paraphrasi puncto, titulo fatigii addixi, proportionali tantum, fatigiis admensuranda, et sibi ex hac Fundatione per VCapitulum Nitriense ejectanda remuneratione contententur.

Másolat. A nyitrai gymnasium levéltára.

1826. febr. 2. Kluch József megyés püspök kérdései a templomi rend iránt.

Reverende Pater Rector!

Cum Reverenda Paternitas Vestra compluribus jam annis partim qua Professor, partim qua Scholarum Director, modo vero qua Collegii Rector Nittriae resideat, adjunctorum perinde, idem Collegium et Scholas propius tangentium exactam notitiam habere jure merito censeatur; hinc ab Eadem Reverenda Paternitate Vestra in fide sacerdotali genuine quamprimum informari peto: 1. num in Ecclesia olim PP. Piaristarum privata, quæ nunc non tantum venerabili huic Instituto et Scholasticæ Iuventuti, verum etiam Parocho, et Parochiano Populo pro Divinis officiis peragendis ex altiori ordinatione deservit, Cultus Divinus per horas ita distributus sit; ut tam uni, quam alteri parti in Divinis officiis commode hactenus satisfieri potuerit, ac in futurum satisfieri possit? vel 2-do. an sciat, experta sit, vel audiverit Reverenda Paternitas Vestra, quod in hoc cursu aliqua in Divinis officiis absolvendis difficultas, incommodum, aut impedimentum relate ad unam vel alteram partem subversetur? et si ita, in quo hæc subsistant? Denique 3. an ad tollendam hujusmodi difficultatem, incommodum aut impedimentum respectu loci et ordinis Divinorum, non autem Personalium differentiarum, seu ex parte ipsius Sacri Collegii, seu ex parte studiosæ Iuventutis, seu denique ex parte Parochialis Populi querela aliquando, et quando? ubi? per quem, quali item cum effectu positæ sint?

Super istis punctatim genuinam, et sinceram, uti præmisi, in fide sacerdotali præstandam Declarationem, in forma separati Instrumenti conficiendam, et sigillo penes subscriptionem firmandam, a Reverenda Paternitate Vestra quo fieri potuerit celerius præstolabor. In reliquo autem constanti cum propensione maneo. Mocsonok Die 2 February 1826.

Reverendæ Paternitatis Vestrae.

Sincere addictus in Xto  
Iosephus Ep. Nitrensis

### Váczy Glyczér rektor válasza a püspök kérdéseire.

Declaratio super 3 Punctis humillime per infrascriptum repraesentata :

Ad I. me non existimo clarius responsurum, quam si ordinem, quem imprimis Dominicis, et Festis diebus, quorum potior pars in cultu divino transigitur, tum etiam feriatis observemus, exposuero. Est vero iste; 5-a hora surgimus, usque tertium pro 6-a quadrantem, peracta praeparatione, in communi precibus et meditationi vacamus, post a 6-a ad mediam usque 7-am, qui sacro Studiosorum, et horae 7-ae non stringimur, celebramus. A media 7-ma usque mediam 8-am est tempus concionis slavonicae. A media 8-va usque 8-vam est sacrum Parochiale. Ab 8-va usque mediam 9-am, aut si decantatur, usque 9-am est Sacrum Studiosorum. A 9-a usque 10-am est concio hungarica, post Sacrum Parochiale cantatum. Ab 11-a usque mediam 12-am est sacrum ultimum, quod unus e nostris celebrat. Sic mane terminantur divina.

A meridie a media 3-ia usque 3-iam sunt Lytaniae Studiosorum. Post quas nostrae functiones in Ecclesia cessant; dein sunt functiones Parochiales, Catechesis, et Lytaniae.

Diebus vero feriatis, peractis precibus nostris communibus, a 6-a usque mediam 8-am durant Sacra; a media 8-va usque 8-am celebratur studiosis. Hora 9-a legitur sacrum Parochiale, cessantque Divina. Ex quibus clare liquet, tempus per horas ita distributum esse, ut tam uni, quam alteri parti commode satisfieri possit. Quae distributio, si et in posterum observata fuerit, spes est, ut in futurum quoque satisfieri possit.

Ad II. licet jam 24-us labitur annus, ex quo Collegium incolo Nitriense, nihil tamen, sive curiosiore, quoad hoc seiscitatione, sive inter conversandum casu ejusmodi id resciverim, expertus sim, vel audiverim, quod notabilem aliquam difficultatem, iucommodum, vel impedimentum, relate ad unam, vel alteram partem facesserit.

A III., num etiam ex parte Populi quaequam non sint factae querelae, in generatim quidem, multo minus quoad minuta quaeque adjuncta, quando? ubi? per quem? quali item cum effectu positae sint, id mihi constat.

Quam sinceram relationem fide sacerdotali firmam, dum humillime Excellentiae Vestrae substerno, me, Collegium nostrum altis Ex-



cellentiae gratiis, et potenti protectioni enixissime commendans, ac Paternam Benedictionem de genu flexo flagitans, in osculo sacrarum manuum emori cupio.

Excellentiae Vestrae.

Nitriae die 8 Februarii 1826.

Indignus Capellanus  
Glycerius Váczy m. p.  
Rector Collegii.

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

294.

**1828. febr. 10. Schedy József nagyprépost végrendeleti hagyatéka.**

Testamenti per Illustrissimum quondam Dominum Iosephum Schedy Praepositum Majorem Nitriensem die 10 Februarii 1828. conditi Paragrapho 8. sub d) habetur :

V. Collegio PP. Piaristarum Nitriae erga Sacra Lecta duodecim omni mense unum assumendo lego Monetae Convencionalis quadringentos.

Haec Sacra autem lecta annue N-o 12 celebrentur pro studiosa in Gymnasio Iuventute, ut eam Deus optimus ad Gloriam suam, in progressu Literarum adjuvet, et in instillata per Professores et Magistros morum probitate conservanda sua sancta Gratia corroboret, neque a Principiis verae Religionis in Scholis haustis unquam deflectere sinat.

Signatum Nitriae die 21 Martii 1830.

Georgius Porubszky m. p. CN.  
Adalbertus Teml m. p. Can. Nittr.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

295.

**1828. szept. 28. A k. r. tanárok vizsgálatá ügyében. A k. tanítórend főnöke a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Reverende Pater Director !

Si Superior Directio Studiorum Regia de Religiosis Professoribus nostris pro examine mittendis, propositionem fecerit; rescribat Rdu

Pater Director: se absque dispositione Praesidis Provinciae nostrae Professores ad examen illud mittere non posse, qui ad Libellum suum supplicem Sacratissimae suae Majestati Viennae porrectum, faventem resolutionem in dies exspectat, qua Provincia Scholarum Piarum ab obligatione examina illa subeundi clementer eximatur. Maueo in dilectione sincera Rdi Patris Directoris.

Pesthini 28 Septembris 1828.

Addictus in Christo  
Martinus Bolla m. p. S. P. Provincialis

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

296.

**1831. január 12. A reform-munkálatok felvétele ügyében.**

1831. Esztendei Boldog Asszony hava 12. napján Nyitra felső városában tartatott Tttes Nemes Nyitra Vármegye közgyűlése alkalmával.

Az 1827-ik 8-ik Törvény Czikkely rendelkezéséhez képest végre hajtott, és a közelébb múlt Ország gyűlés által az Ország törvény hatóságaihoz intézett Országos Rendszeres munkák felvétele módjáról tanakodván ezen Megyebéli Karok s Rendek figyelmeiket, és gondosságokat főképen az foglalatoskodtata, hogy ezen nagy fontosságú, 's kiterjedésű munkák meg vizsgálása dolgában olly mód feltaláltassék, melly a Tárgy érdemének megfelelővén egyszersmind a kívánt nagy célra biztossan, 's bátorságosan vezéreljen. Az Ősi alkotmány fentartását és az Ország lakósinak ezen Rendszeres munkák felvételétől, és Törvénybe hozástól függő jövőendő boldogságát tekintvén egy illy Tárgyban, melly az egész Országot, 's különösen az Hazának minden tagját illet, a köz cél annál sikeresebben el fog érődni, ha az Ország Törvényhatóságai közt, kölcsönös értelemmel, ezen Munkák rostálgatásában a lépés meg tétetődik, 's mód találtatik abban, hogy ezen Munkáknak belső foglalatja mennél inkább lehet közönségessé, 's észmeretessé váljon, 's így minden Hazafinak szabad szava, ezen országos tárgyakban elől mozditassék, ennél fogva :

Hogy a' Rendszeres Munkák eránt tartandó értekezésekben, 's a' jövő országgyűlésre szolgáló utasítások ki dolgozásában annál nagyobb foganattal elől mehessenek 's a' közjavításokon munkálkodhassanak ezen Megyebéli Karok 's Rendek azt határozták, hogy az Ország Törvény

hatóságai Atyafiságos szeretettel tudósítatván, hogy meg kerestessenek, hogy valamiut ezen Megye, az országos Rendszeres munkák tárgyában tett vizsgálásainak fogamatját, 's bé vett alapjait velök közölni óhajtja, úgy viszont ök is ebbéli értekezéseikről, 's azon alapokról, mellyek szerént az országos Rendszeres fontolgatásában elindultak, jó eleve ezen megyét is tudósítani ne terheltessenek.

A mi magát az Országos Rendszeres Munkák felvételi módját illeti ezen Megyebéli K. K. és R. R. köz értelemmel egy szárossabb Tagokból álló Bizottság kiküldésben meg egyezvén annak munkalkodása fonalát e következő szabásokban megalapították; úgy mint:

a) Mindenek előtt a' küldöttség tagjai ezen munkákról magoknak bővebb ösmeretett szerevén az Országos, Rendszeres munkák száma szerént ugyan annyi alküldöttségekre oszoljanak.

b) Az allkiküldöttségek az országos munkákat meg vizsgálván, azokat az egész küldöttségnek meg rostálás végett eléterjessék.

c) A Küldöttség a' mennyire tán egyszerre több allküldöttségek elkészülnének az országossan megalapított szer szerént az országos munkák meg vizsgálását végre hajtja.

d) Mihelyest az egész küldöttség, valamely munkával elkészül az eránt az e végett rendkívülis tartandó köz Gyűlésnek jelentést tegyen.

e) Az Alküdöttségek Jegyző könyveket ugyan Deák nyelven vihetik, de az ezekből jövő Ország gyűlésére készítendő Utasítások Nemzeti Nyelven szerkeztessenek.

Melly ekképpen meghatározott mód szerént a fönt mondott küldöttségbe e következő Tagok olly meg hagyással választattak, és kiküldettek, hogy a' Tárgyak fel osztása szerént az illető munkákat, mellyek több példányokban é célra meg szereztettek szokott nyuktatványok mellett ezen Megye levél Tárából kivehessék, s észreveteleiket is azok eránt írásban a küldöttségnek elő terjesszék e. f. e. Böjt elő hava 22. Napján pedig itt Nyitrán összevgyülvén munkalkodásaikat valósággal el is kezdjék. stb.

*A Tudományos Tárgyakban: (In litterariis)* Gróf Eszterhazy Mihály, Jemel Adalbert Kanonok, Sorecz Imre Tiszteletbeli Kanonok, Zerdahelyi Lórintz, Boronkay Imre T. Biró Urak. Ordódy József Feő Szolga Biró, Gusztényi János All Jegyző Urak, Mészáros András, Vozarik János Proffessor Urak, Váczy Glycerius Rector, Villiger József a' Kegyes Oskolák Directora, Kernaszt Edvard Professor stb.

Kiadta Kossovich Károly Ts. Ns. Nyitra Vármegye Aljegyzője.

Másolat. A nyitrai gymnasium levéltára.

297.

**1835. apr. 11. Fricsovszky Xav. Ferencz nyitrai kanonok végrendeleti hagyatéka.**

Copia. Codicilli 2-di per pie denatum Reverendissimum Franciscum Xav. Fricsovszky Abbatem et Canonicum Nitriensem dd. 11. April 1835. conditi §. 1.

Pro Collegio Nitriensi PP. Piaristarum lego, Patri Rectori hujus Collegii resignandos, et per eum in Censum per 6-a 100 ad locum securum elocandos val. fl. 500. ea ratione, ut obveniens ab iisdem annuus census, effecturus fl. val. 30. cedat eidem Collegio illa tamen cum obligatione, ut per Patres Collegii hujus pro me defuncto quotannis legantur Missae N-ro 12. e quibus Mense singulo una Missa absolvenda veniet.

Praeductam Copiam originali suo conformem esse testor.

Nitriae die 17. Apr. 1840.

Andreas Mészáros m. p. C. N.  
Testamenti Executor.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

298.

**1836. szeptember 30. A jeles előmenetelű tanulók katonamentessége ügyében. A pozsonytank. kir. főigazgató a nyitrai gymn. igazgatónak.**

Admodum Reverende ac Clrme Pater Localis Director!

Vigore Altissimae Resolutionis Regiae Studiosos e Ditionibus Cao Regiis in Institutis literariis constitutos, qui Conscriptioni Militari obnoxii sunt, in tantum a Militia pro tempore exemptos esse, in quantum e Moribus & Scientiis Calculum Eminentiae reportaverint, sicuti sub 9. Aug. e. a. c. N-o 22871. mihi bgse intimatur, Praettae quoque PVrae pro congruo Notitiae Statu hisce significo. Queis Benevolentiae commendatus maneo.

Praettae PVrae. Posonii 30. Septembr. 1836.

ad Officia paratissimus  
Michael Adamkovits mp.  
Consil. et Supr. Stud. Director R.

Eredeti. A nyitrai gymnasium levéltára.

299.

1838. nov. 14. **Hábel Xav. Ferencz cz. püspök és nagyprépost végrendeleti hagyatéka.**

Copia. Extractus §-i e Testamento Illustrissimi ac Reverendissimi Domini condam Francisci Xav. Hábel el. Eppi Dulmensis, Praepositi Majoris, et Canonici Nitriensis etc. 14. 9bris 1838. condito. Dies obitus est 13 8-bris 1846. §. 19. Religiosis Donibus Patrum Piarum Scholarum Nitriensi et Trenchiniensi titulo Fudationis perpetuae lego per fnos mille VV. utrique bis mille fl. VV. in securis obligationibus per Capitulum Nitriense administrandis, ut erga Censum annuum flor. sexaginta VV. in singula Ecclesia per decem menses scholasticos, quovis mense duo sacra lecta, adeoque intra decem menses viginti absolvantur praesente Iuventute Scholastica, pro eiusdem recta in morum probitate, et sanis Principiis a Deo impetranda educatione cum collecta pro defuncto sacerdote Francisco.

Praesentem Extractum originali suo in omnibus Punctis conformem esse testor.

Nitriae 30 Iulii 1847.

Ioannes Uhlarik m. p. Can. Nitr.  
Testamenti Habeliani Executor.

Másolat. A nyitrai k. r. ház levéltára.

300.

1839. máj. 10. **Paulatzky Lőrincz piárista 1000 forintos hagyománya a nyitrai kollegium részére.**

Quod R. P. Laurentius Paulatzky II Hum. Professor in Gymnasio Nitriensi mille florenos Val. Vien. eo fine consignaverit, ut securo loco erga legalem censum elocentur, et census hic eidem vita durante administretur, post fata vero Domui Nitriensi Scholarum Piarum cedat erga obligationem duo Sacra, et quidem unum pro vivis, alterum pro defunctis legendi, hisce testor et consensum praebeo Nitriae 10 Maji 1739. id est: 1000 f. VV.

L. S.

Ioannes Grosser m. p.  
Schol. Piar. Provincialis

Eredeti. A nyitrai k. r. ház levéltára.

301.

1840. april 26. Fricsovsky Ferencz apát-kanonok ösztöndij-ala-  
pitványa.

Testamenti per pie denatum Reverendissimum Franciscum Xav.  
Fricsovsky Abbatem et Canonicum Nitriensem dd-o 15. Septembris  
1834. conditi.

§. 36.

Pro duobus in Gymnasio Nitriensi studentibus Adolescentibus, titulo, et in qualitate permanentis Foundationis lego val. fl. 4175 hac cum paraphrasi, ut in Censum 6pcentum ad locum securum quamprimum elocentur, Censuque annuus ab illis dependendus effecturus fl. 250 xr. 30 duobus pauperioribus in Gymnasio Nitriensi Scholas frequentantibus Adolescentibus ex aequo cedat, uni scilicet fl. 125 xr. 15 VV., et alteri aequo fl. 125 xr. 15 VV. dentur, eo isthic subnexo, ut ad hocce Stipendium praeferentiale ius habeant duo Studentes, quorum unus sit e cognatione mea, alter autem sit e filiis Kovarczensibus. — Quodsi vero nullus Studens in Scholis Gymnasialibus Nitriensibus existeret, seu e cognatione mea, seu e filiis Kovarczensibus, tunc cuicunque alteri Studenti in Gymnasio Nitriensi Adolescenti, pauperiori tamen et minus proviso hoc Stipendium conferatur. — Conditio autem ad participationem huius Stipendii requisita illa esto: ut Studens hoc Stipendium participatarus sit inter Eminentes, non unice ex Studiis, sed etiam et praesertim ex moribus. — Consequenter si fors etiam quispiam Studens in Gymnasio Nitriensi Adolescens reperiretur, seu e cognatione mea, seu e filiis Kovarczensibus, non foret tamen inter Eminentes, a participatione huius Stipendii removeatur, et alteri cuicunque digniori pauperi Studenti hocce Stipendium placidetur et addicatur. — De reliquo demisse precor VCapitulum Nitriense, ut huiusce Foundationis Administrationem et Manipulationem in se, et suam sub curam recipere dignetur, atque ut etiam tam Rssmus Dnus Canonicus futurus Administrator huius Foundationis, quam etiam R. Pater Director Localis Gymnasii tantillam pro fastigio suo remunerationem habeat, lego val. fl. 375, qui floreni 375 VV. cum praemissis finis 4175 in Censum 6 p. Centum elocentur, e censu autem annuo horum florenorum 375 effecturo fl. 22 xr. 30 Rssmo Dno Canonico Administratori Foundationis cedant quotannis fl. 15 et Patri Directori Gymnasii fl. 7 xr. 30. — Ius denominandi Adolescentes Studentes ad participationem

istius Stipendii habeat Dnus Ordinarius Nitriensis, aut Episcopali Sede vacante Dnus Vicarius Capitularis. Porro Rationes super Administratione huius Foundationis praestandae venient Ordinariatui Nitriensi, aut Sede Episcopali vacante Vicariatui Capitulari. ddo 15. Septembris Anni 1834.

Extractus e Condicillo primo, ejusdem Francisci Fricsovszky dum viveret Canonici Nitriensis.

§. 10.

Testamenti mei Puncto 36-o. pro duobus in Gymnasio Nitriensi Studentibus Adolescentibus in forma et qualitate permanentis Foundationis legavi fl. VV. 4175, quibus insuper adiici cupio VV. fl. 825, ita ut prodeant simul VV. fl. 5000 a quibus obventurus annuus census effecturus Val. fl. 300 inter duos pauperes in Gymnasio Nitriensi Scholas frequentantes Adolescentes praeattacto Puncto 36-o Testamenti mei uberius circumscriptos, ex aequo distribuendus erit, ita ut unus eorum quotannis pro fl. 125 xr. 15 mentionato Puncto 36-o Testamenti assignatis, accipiat W. fl. 150, et alter aequae Wfl. 150. Sed praeterea.

§. 11.

